condemnatus.i.cū iudicatur cōmuni oīm
iudicio.s. mortis exeat in aliā regionē con
demnatus ad eternā mortez vt mors mor
tem sequat. Ideo dicit alibi psalm̄. Timor
mortis conturbat me. Exemplū ad hoc de
quodā qui morti ppinquus valde timuit
quem cū cōfortarent amici dicētes q̄ gau
dere magis debuit: qr deo ⁊ patrie sue ap-
propinquabat/⁊ de peregrinatione: exilio
et carcere exibat/et q̄ esset in fine miserie
sue: ⁊ in principio gaudij sui. Respondit.
Si bene vixissem bn̄ diceretis: nunc aūt qr
male vixi timeo iusto iudicio appropīqua-
re: ⁊ timeo q̄ gaudiū finiam ⁊ penas inci
piam: quasi diceret illud Esaie.xlix. In va
cuum laborauī sine causa: ⁊ vane fortitudi
nem meam consumpsi.

G Demones.

T Biuiū.

G Lothoringia.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

¶ Sex cause timende mortis ex parte mortis. Capitulũ. v.

Ex parte vero ipsi' mortis multe cause timoris assignari possunt. Prĩa est necessitas. Mors em̃ quedã sentẽtia est irreuocabilis. Si vale de timẽt sentẽtiã mortis in iudicijs secularibus que põt reuocari: quantũ timẽda est ista q̃ nullo mõ est reuocabilis. ij. Corinth. v. Oẽs in Adã moriunt̃. i. ꝑm glos. necessitati mortis additi sunt: ⁊. ij. Reg. xiiij. Oẽs morimur et quasi aque dilabimur in terrã que nõ reuertunt̃: terra em̃ cũ onere suo venit ad heredes. i. caro cũ mortalitate venit ad putrefactionẽ ⁊ vermes. Job. xvij. Putredini dixi pater meus es mater mea ⁊ soror mea vmib'. Vñ Eccli. xlj. Hoc iudiciũ mortis a dño supple oĩ carni. Vñ cũ Anaxagore pho nuntiasset q̃dã filij sui mortẽ: nihil em̃ inquit inexpectatũ annũtias: ego enim illũ ex me natum mortalẽ sciebã. vñ Bern.

Z Citatio

O neq̃ neq̃ vbi est illud: nequaq̃ morte moriemini. ¶ Scõa est ꝓpinquitas. Est ei mors valde ꝓpe q̃ est non monitio tm̃: sed perẽptoria citatio: sz ad hoc pauci cogitãt vt ptz de illo de quo Grego. in. iiij. dialogorum. Quidã somniauit se multũ victurũ: et illa die cum multas diuitias aggregasset/ subito mortu' est: ⁊ oĩa intacta alijs dereliquit. iuxta illud Lu. xij. de diuite epulone. cui dictũ est. Stulte hac nocte repetẽt anima tuã: ꝓpterea peccator multũ timere debet q̃ per diuersa flagitia ⁊ subterfugia ꝓcurauit exẽptiones ⁊ dilatiões: qñ recogitat q̃ opz eũ añ faciẽ districti iudicis cõparere. Prouer. ij. Zelus ⁊ furor viri nõ parcet in die vindicte: nec acq̃escet cuiusq̃ precibus: nec recipiet pro redẽptiõe dona plurima. Tria em̃ sunt q̃ solẽt iudices corrũpere: affectio/ supplicatio familiaris/ ⁊ susceptio muneris: sed zelus ⁊ furor viri. i. christi nõ parcit in die vindicte carnali affectione subuersus: nec acquiescet cuiusq̃ precibus familiari supplicatiõe seduct': nec suscipiet dona plurima munerũ susceptione corrupt'. Vñ Deute. xxxij. Juxta est dies perditionis ⁊ adesse festinãt tẽpora. Inde est q̃ sicut festinat mors ad nos venire: tanto magis festinem' bñ agere. Eccli. xiiij. Fili si habes bñfac tecũ/ ⁊ deo dignas oblatiões offer: memor esto qm̃ mors non tardabit:

A Iudices.

hoc insinuat mortu'. Eccli. xxxviij. Mihi heri ⁊ tibi hodie: quasi diceret. Sicut ẽ modica distantia inter heri et hodie: ita inter mortẽ tuã ⁊ mortẽ meã iudiciũ tuũ ⁊ iudicium meũ. Credere ꝓinde debem' mortuo hec dicẽti: ⁊ nõ diabolo nobis longã vitam promittẽti dicẽdo. Tu ꝑm cursum nature diu viues: tu multa poteris discere ⁊ videre. Isti sunt de schola diaboli/ q̃ cũ Eua audiũt nequaq̃ moriemini: sz eritis sicut dij. Multi vo tales sunt vt dij reputati q̃ nõ credũt esse aliã vitã ꝑm modũ ⁊ statũ vite eorũ. Est em̃ vita nr̃a breuis: ⁊ quasi vnius diei mora cui' diluculũ est infantia in qua adhuc nihil ꝓcipit: aurora pueritia/ in qua lucis paucũ ꝓ sensualitatẽ cognoscit: ort' solis adolescẽtia/ in qua crescit hõ corpore et mẽte sicut dies tũc crescit lumine ⁊ calore: meridies vo iuuentus/ in qua est feruor diei. Sed postmodũ succedit occasus solis q̃ est vespa senectutis. Deĩde supuenit vsq̃ ad decrepitã etatẽ vbi deficit lux rõnis et intelligẽtie: ⁊ tunc venit nox mortis. Eccli. xviij. A mane vsq̃ ad vesperã ĩmutabit tẽpus. ⁊ Esa. xxxviij. De mane vsq̃ ad vesperam finies me. Ideo viator q̃ longũ terminũ hz facere/ festinare solet qñ videt noctẽ appropinquare. Sic q̃ parũ ꝓfecerũt in iuuẽtute laborare multũ debẽt in vespe senectutis ne eos ꝓ occupet nox mort': qz (Joã. ix.) venit nox qñ nemo põt operari. Ideo Eccli. xj. Mane semina semen tuũ: ⁊ vespe ne cesset man' tua. Ideo dicit ps̃. Vespe et mane ⁊ meridie narrabo ⁊ annũtiabo laudem. Oues eĩ comedũt auidi' vespe q̃ mane. Sic nr̃o mõ debem' auidius comedere pabulũ grẽ ⁊ doctrine in senecture q̃ in iuuẽtute. Operari' em̃ q̃ opus suũ vsq̃ adversperã nõ ꝓtinuat: diete ꝑmiũ nõ reportat. Nã si premiũ paradisi habere volum': necesse est vsq̃ ad vesperã senectutis finis et mortis invtuosis opib' laborem' qz iuxta ps̃. sentẽtiã. Exibit hõ ad laborẽ suũ et ad opationẽ suaz vsq̃ adversperã. In illo autẽ vespe mortis iusti quiescẽt: ⁊ a laborib' cessabũt. iuxta illud. ps̃. Adversperũ demorabitur flet' ⁊ ad matutinũ alteri' scti letitia ⁊ iterũ. Exit' matutini ⁊ vespe delectabis. id est delectabis bonos in exitu vespe mortis ⁊ matutini iudicij qñ in maturino illo interficiet oẽs peccatores terre. Et sic ptz q̃ breuis est vita hoĩs: q̃ si dixeris multũ viuere aliqñ hoĩem ⁊ multoplus alio tẽpo

B Vita.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re vixisse. Rñdet ps. ꝙ mille anni in cōspe
ctu dei tāq̃ dies hesterna q̃ pterijt. Et sic
multi sunt q̃ in diluculo: alij in aurora: alij
in meridie moriūtur/ nōdū pfecta ⁊ plena
die de quo cōquerit Theophrastus Aristo
telis discipulus de natura ꝓquestus: q̃ cer
uis ⁊ cornicib⁹ lōgissimā etatē dedit q̃ nō
sunt rationabilia: vtpote q̃ viuūt per tricē
tum annos: ⁊ tñ homo rōnis capax: cū tūc
sentire incipit ⁊ cognoscere: declinat ad fi
nem suum. Inde fleuit Xerses rex Persarū
vt scribit Herodot⁹ ⁊ Hieronym⁹ ad Helio
dorum cū videret de sublimi loco quasi in
finitā hoīm multitudinē et innumerabilē
exercitū cuius fletus causam requisit⁹ assi
gnauit: qz post centū annos nullos eorum
quos cernebat supuictur⁹ esset: qz sicut scri
bitur. ij. Regū. xiiij. quasi aque oēs dilabi
mur in terrā. Natura em̄ aque est q̃ semp
ad inferiora descēdit nūq̃ ascēdit ad supe
riora. sic etas nr̄a naturaliter descendit ad
inferiora senectutis ⁊ mortis ⁊ sepulcri: nū
q̃ tñ ꝑm naturā ascēdit ad supiora pterite
iuuētutis. sicut ei dicit Damascen⁹ in libro
Barlaā. Vita nostra est quasi quedā arbor
ad cui⁹ radicē duo mures sunt: vnus alb⁹:
alius niger. s. dies ⁊ nox: q̃ incessanter ro
dunt radicē illi⁹ arboris. Et sicut vox trāsit
cito: ⁊ nūq̃ inde reuertit: sic hoīs vita Vñ
Job. vij. Memēto mei dñe qz vētus est vi
ta mea. Multi em̄ pnosticant ⁊ astrologi
zant lōgos dies vite: cū tñ astrologi dicāt:
ꝙ cū sol est in meridie: tunc est vmbra bre
uissima: sic qñ hō in feruore suo credit viue
re: tūc sicut vmbra cito trāsit sic vita eius.
ps. Homo vanitati ſlis fact⁹ est dies eius:
sicut vmbra ptereūt. Job. vij. Dies mei ve
locius trāserūt q̃ a texente tela succidit.
Tela em̄ est vita nr̄a q̃ a texēte cū clamore
tele cito succidit: sic hō cū clamore ⁊ dolo
re a vita p̄senti separat. ¶ Tertia causa est
multiformitas interficiēdi. Creature ei in
sensibiles vix destruūtur: nisi vno mō. s. per
cōtrariū vel saltē paucis modis: sed mors
habet mille modos interficiēdi hoīem: mō
per ignē: mō per aquā: modo ꝑ frigus: mō
per calorē: mō per cibū: modo ꝑ famā: mō
per tristitiā: mō ꝑ gaudiū. ⁊ sic de alijs in
numerabilib⁹: peccāte em̄ contra creatorē
hoīe nō immerito sunt oēs creature cōtra
eū ꝓuocate. Sap. v. Armabit creaturā ad
vltionē suorū: sicut rege offenso ab aliquo
totū regnū insurgit in eum. Vñ ⁊ Hippo
crates summus medicus corporū/ rediens
de scholis ⁊ intelligens ꝙ mater sua sum
me desiderabat eū videre: premisit nuntiū:
imponens ei ꝙ aliqua tristia diceret ei: ti
mens ne pre gaudio moreret. quāto ergo
facile innumerabilib⁹ alijs de causis mori
possūt hoīes cū pre gaudio moriant. Inde
est ꝙ Valerius maximus. lib. ix. c. xij. refert
duas mulieres subito interijsse pre gaudio
visionis suorū filiorū: qui sospites redierāt
de interfectione quā fecerat Anibal apud
Perusiū. Vñ. j. Regū. xiiij. oēs quasi aque
dilabimur in terrā: quia sicut aque sup ter
ram expāse ꝑ varias trāseunt vias: sic nos
per diuersas mortis vias ꝑ diuersos mor
bos ⁊ ꝑ diuersas etates de hoc mūdo trāsi
mus. Vñ mors ordinat quodāmodo exer
citum suū cōtra nos. s. famē: sitim: frigus:
calores ⁊ innumeros morbos: ⁊ ipsa in eo
dem exercitu facit retro custodiā: et sic qui
eu adit aliquos priorū de exercitu: velit no
lit in fine nō euadit eam. ¶ Sed si querat
quō mortē et ipsum eius exercitū illudere
poterim⁹? Reddam⁹ nos ei salua vita ⁊ ex
ponamus nos penitētie ⁊ afflictioni. Diui
tes em̄ huius mūdi qui pro posse suo mor
ti resistūt: ⁊ exercitui ei⁹ fami: siti/ ⁊ frigori
victi capiunt. ⁊ mors seuit in istis. Luc. xij.
Stulte ac nocte ⁊c. Sed christ⁹ ⁊ sui se spō
te tradūt morti. vñ ⁊ tradidit spm̄: nec ali
quis eū extorsit: ideo mors nō manet sup
eos sed statim trāseunt a morte invitā. dif
ficile em̄ est oēs laqueos eius euadere: qz
nullus adhuc hoīm euasit. ideo ꝓpter mul
titudinē horum modorū debellādi: facile
nos intercipit: ⁊ interimit. ps. Dies nostri
sicut aranea meditabūtur. i. sicut opus ara
nee qd̄ facile dissoluit. Esaie. xxxviij. Preci
sa est velut a texente vita mea: dum adhuc
ordirer succidit me. Tela em̄ texentis est vi
ta nostra q̃ diu et cum difficultate texit/ ⁊
difficulter texta parū durat ⁊ finaliter ve
locissime succidet: sic vita nostra diu ⁊ dif
ficulter texta et conseruata subito cadit et
dissoluitur. Finxerunt em̄ poete in inferno
esse tres sorores oia regentes et disponen
tes quicquid erat ad vitam: vna nebat: se
cunda texebat: tertia rumpebat. In vtero
materno nemur: extra vterum ordimur seu
texim̄ur: sed in fine rumpimur ⁊ frāgimur
per mortem. Psal. Defecerunt in vanitate
dies eorum: ⁊ anni eorū cum festinatiōe. ⁊
Job. ix. Dies mei velociores fuerunt curso

E Natura.

D Arbor.

E Multiformitas.

F Exercitus.

B Sorores.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re: transierunt quasi naues poma portantes: et sicut aquila volans ad escam. Nam sicut cursor velocissimus modico tempore transit multa terrarũ spatia: ⁊ sicut nauis cum bono vento multa maria. ⁊ sicut auis volans in aere multa aeris spatia: sic vita nostra cito transit vsq; in aliud seculũ ⁊ cito terminata est. ¶ Quarta causa est incertitudo. Mors em̃ valde incerta est et quo ad locum ⁊ quo ad tẽpus: et quo ad statũ. Eccli. ix. nescit homo finẽ suum scz vel vbi moriet: vel qua etate vel quãdo: vel in quo statu bono scz vel malo. Sed quẽadmodũ aues capiũtur laqueo: ⁊ pisces hamo: ita ⁊ hoĩes in tẽpore malo scz ex improuiso. Est em̃ mors incerta: primo quo ad tẽpus. dicit em̃ dñs Apo. iij. veniam a te tamq̃ fur scz in morte: quia sicut fur volens furari in hospitio patrisfamilias: latenter venit ad murũ vel parietem hospitij: ⁊ inde tot lapides et tantũ de cemento aufert: donec fiat tantũ foramen q̃ intrare potest: ⁊ tunc ingreditur: et accipit qd̃ sibi placet: sic deus volens quasi furtum accipere hoĩs animã latenter venit ad murũ: ⁊ parietẽ corporis a quo per infirmitates ⁊ miserias subtrahit tãdiu vires donec prosternit corpus: ⁊ aĩa inde educitur et in sibi debito loco collocatur. Huius incertitudinis rationẽ assignat Augu. dicẽs. Latet vltim̃ dies vt observẽtur oẽs. vnde Tullĩ lib. de Senectute: frustra sperat adolescẽs se diu victurũ: quid stultius q̃ incerta pro certis habere: quin etiam illa etas multo plures casus q̃ senect̃ habet? Facilius em̃ adolescẽtes in morbos incidũt: grauius egrotãt: tristius curãtur. Quot em̃ sunt mõ q̃ multa disponunt in tribus vel quatuor annis se facturos: qui ante annum moriũtur. quot edificant domos: ⁊ in eis nõ habitãt. quot plãtant vineas: ⁊ vinũ non bibẽt. quot lucrãtur magna: ⁊ in breui finẽ reddituri coram deo cum maximo dolore representabũtur. q̃ infelix humana cõditio que nõ aĩaduertit huĩ tẽporis incertitudinẽ. Vita enim presens cõparari non immerito põt periculo fluminis cõgelati: qz quãdoq; in principio glacies est spissa ⁊ fortis: sz in medio tenuis ⁊ debilis: ita q̃ deficit et frangitur sub pedibus trãseuntiũ qui cadẽtes ibidẽ submergũtur: sic vita presens in principio iuuẽtutis videt̃ fortis ⁊ sana: ita q̃ homo vadit audacter cõfidẽs in sua fortitudine: et q̃ncq̃ quãdo ẽ in medio vite sue dũ deberet esse fortior ⁊ sanior: subito cadit p̃ mortem: et vita deficit ei. Jac. iiij. vita nr̃a vapor est ad modicũ parẽs. Et mirabile est: q̃ huiusmodi incertitudinẽ temporis mortis non timem̃: quia q̃n in bello est vnus bonus qui trahit huc ⁊ illuc: et vndiq; interficit quilibet illum timet. Dñs autẽ iuxta psalmiste sententiã arcũ tetẽdit ⁊ parauit illum: ⁊ in eo parauit vasa mortis: ⁊ tamẽ arcus iste non timetur cum videam̃ istum arcum quotidie percutientẽ ante nos. i. antiq̃ores: ⁊ post nos. i. iuniores: ⁊ iuxta nos id est nobis in etate parẽs: et supra nos. i. potẽtiores: ⁊ subtus nos. i. inferiores. Sumus em̃ nos sicut signũ ad sagittã: tantũ em̃ circũit sagitta signũ nunc de longe nũc de prope q̃ ad vltimũ transfigit illud: ille etiã q̃ tenet arcũ istũ fortissim̃ est: ⁊ pitissimus: vt q̃n voluerit: ⁊ sicut voluerit percutiat nos. Esa. xxx. Subito cũ non sperat̃ veniet cõtritio illius. In hoc autẽ q̃ minime precauem̃ nobis cũ incerti simus de tẽpore finis nostri: multo deterioris cõditiõis sumus q̃ aues q̃ videtes arcũ extentũ nõ expectãt ictum sagittarij: sed ante euolãt. Et miser hõ expectat ictum mortis priusq̃ cõuertat̃ ad dñm. Si homo haberet sagittam in corpore: nõ differret extrahere vsq; ad mensem: ⁊ sagittas pctõrũ retinet vsq; ad annũ. ps. Iniquitates mee sicut sagitte infixe sunt mihi. et quia grossius signũ citius percutit̃ cõmuniter q̃ minus: caueãt sibi diuites ⁊ potẽtes qui sepius q̃ pauperes ante tẽpus moriunt̃. ¶ Secũdo est mors incerta quo ad locum. vñ Seneca ad Lucillum. Nõ vbiq; mors se ꝓpe ostẽdit: vbiq; tñ prope est. Itẽ idem: nescit homo quo loco mors debeat ei occurrere: ideo in oĩ loco expectãda est nec solũ mors ẽ icerta quo ad locũ in quo moriẽntẽ rapit: sz etiã quo ad locũ ad quẽ hoĩem deducit. Inde dicit̃ Eccl's. ix. Nescit homo finẽ suum: qd̃ cõsiderans. ps. ait. Notũ fac mihi dñe finẽ meũ: vt frequenter me intelligã esse in hac vita finiendũ: ⁊ in tempore suo mea esse disponẽda. ¶ Tertio est incerta mors quo ad statum mortis vel morientis. Dubium enim est de modo mortis. Alij enim sunt suspensi: alij gladio occisi: alij submersi ⁊ sic de ceteris. Vnus bene morit̃ alius male. Vnde Innocẽtius cõsiderans labilem cõditionẽ vite humane: dixit in persona morientis.

V Incerta.

J Deus.

K Presẽs

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Valete inqt o amici mei/p me orate: iter em extraneū pgo qd nunq ambulaui: ad regionē lōgiquā quā nūq vidi: ⁊ ad sclm alterū aiax: vn nullus reuersus est: ad mā sionēs metuēdas vbi nullus mihi cōpatietur: ⁊ ad iudiciū terribile vbi nescio qd mihi cōtingat. Ecce quero adiutoriū: ⁊ nō est q me eripiat. quero q me associet: ⁊ nullus mihi cōpatit. Quicqd tn sit lz hora mortis sit icerta: tn nihil certior morte. Vn Aug. li. de spū. c. xxviij. Nihil certior morte: nihil hora mortis icertior. nā nescimus aut quō: aut vbi morimur: qm mors vbiq nos expectat: idcirco semp debemus esse parati: vt cū corpus reuertet in terrā de qua sumptū est: spūs redeat ad dnm q dedit illū. vn Gre. li. xij. moral. Ad hoc ꝓditor noster latere nos voluit finē nostrū: vt dū incerti sumus qn moriamur: semp ad mortē parati inueniamur.

¶ Quinta cā est cōitas: qz mors oīb cōis est: nemini ei parcit: sicut iustus iudex q nō respicit psonā nec alicui parcit. Nullus ei nec prece nec precio: nec allegatiōe aliqua pōt mortē impedire vel retardare qn vult venire: inexorabilis em est nec daret vnam die aut vnā horā de iudicijs p toto mūdo. ideo dicebat quidā ꝙ si haberet eligere iudicem: mortē pre ceteris eligeret in iudicē eo ꝙ nō est psonax acceptio apud eā: nec miseretur pupillo aut orphano: nec timet potentē: nec vereť nobilē: nec dimittit diuitem: nec contēnit pauperē nec fortē: nec parcit sapienti: nec cōdonat insipiēti. Vn nemo pōt ei resistere qn a quātūcūq fortis euellat aiaz ab eius corpe. Eccls. viij. Nō est em in ditiōe hoīs phibere spm: nec hz ptātem in die mortis: iō q videt domū primi ardentē nō multū dz ꝓfidere de sua domo Vn qdam vsurarius graui infirmitate laborans: fecit an se apportari vasa aurea ⁊ argentea: numos ⁊ gemmas: ⁊ dixit aie sue: Aia mea ecce oia ista paraui tibi ⁊ plura alia habes: qz domos ⁊ reditus/remane me cū: noli recedere. Cū aūt sic frequēter dixisset ⁊ nō sentiret aliquā alleuiatiōez p quā ppenderet aliqd de remāsione predicta/dixit tandem. Aia mea ex quo ppter oia ista nō vis remanere nec preces meas audire: vade cōmendo te centū milibus demonū: et hec dicēs mortuus est. in quo ostēdit ꝙ nō est in aie ptāte nō recedere aut etiā morti cōtradicere. ¶ Sexta cā est violentia: parata em est mors omni hora violentiā inferre hoībus/⁊ pcutere vt cōuerti nō differamus. pū. Nisi conuersi fueritis gladiū suū vibrauit: sniam mortis eterne cōminando arcū suū tetendit sententiā mortis presentis cōtestando: vt in Adā. Gen. iij. In qua cūq hora comederis ⁊c. ⁊ in eo parauit vasa mortis. s. infirmitates q deferūt mortē vel inferunt. Sicut em sagitta extensa parata est pcutere/⁊ arcus extēsus sagittam emittere. sic dns differentibus cōuersionem paratus est mortē inferre. Sed multi faciunt vt auis sup ramū que duz deliberat quo volabit/a sagitta pcutit. Job. xxxiiij. Subito morient: ⁊ in media nocte turbabunt ppli. Eccli. v. Ne tardes conuerti ad dnz: ⁊ ne differas de die ī die: subito ei veniet ira illius: iō Eccli. xiiij. Vn mortē bn fac amico tuo: ⁊ fm vires tuas exporrigēs da pauperi. Nō defrauderis a die bono: ⁊ particula diei bone non te pretereat. Si ergo mortis cōsiderem? necessitatē/ppinquitatem/multiformitatē/incertitudinē/cōitatem ⁊ violentiā: cū hec singula timēda sint tamq mortifera: quantuz timenda sint insimul aggregata? Si em timet vn inimicus mortalis: quāto magis multi aggregati? s. Mach. ix. Et viderūt multitudinez exercitus ⁊ timuerunt valde.

Z Judex.

¶ Octo cōcomitantia mortē: causantia timorem ipsius mortis: quatuor spolia quibus mors morientes spoliat: diuitū heredes tres complectitur. Capitulū. vij.

Et parte vero concomitantiū mortē: valde timēda est mors. Primū em cōcomitans est ifirmitatis acerbitas: vt frequētius (de qua dicit Greg.) vis doloris impedit hoīez: ne tunc de alio possit cogitare: ideo ve illis q vsq tunc differūt disponere de aia sua: qz tūc vix aut nunq possunt sufficiēter penitere. Siles ei sunt illi stulto peregrino q vult transfretare: et nihil parat de necessarijs sibi vsq ad horā qua oportet eū recedere: ideo dz ecōuerso. Eccli. xij. Memento creatoris tui anteq veniat tpus afflictionis. s. infirmitatis qn propter afflictionem non poteris. De hoc est exemplū de quodā vsurario qui cū faceret testamentū astante sacerdote/⁊ multa daret diuersis amicis suis: ⁊ nihil ordinaret pro aia sua: dixit ei sacerdos: dne recordamini de anima vestra. At ille. Bene

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dicitis dñe quia ego tradideram obliuioni. Greg. Hac animaduersione percutitur peccator: vt dū moritur obliuiscatur sui: qui dū viueret oblitus est dei. De quo Baruch.ij. Quia non audierūt vocem tuā dñe. sequit. et ecce mortui sunt in doloribꝰ pessimis: de quo Pſ. Defecit in dolore vita mea ⁊ anni mei in gemitibꝰ: de quo etiā Ber. li.j. de exhortatorio ad passionē. Euigila tandē euigila miserabilis aīa cogita: ⁊ si non amore saltem tremore cruciatum quem iam passura es in morte: certe nulla crux durior est q̄ mors ad quā quotidie te festinas ⁊ nō attendis: vide quō te mors crucifigit/corpus rigescit/crura distēdūtur/brachia decidūt/pectus anhelat/ceruix lāguescit/labia spumant/oculi stupescūt/facies sudat/vultus horrescit/et velut testa pallescit. Sicut ēm arbor magna que plures radices habet in terra multū defixas cū securi inscindit: magno impetu prosternitur ad terrā. Ita cum anima separatur a corpore p securim mortis cū extrahere habeat omnes potentias ⁊ vitā ab organis corporeis: hoc fit cū maxima violētia ⁊ dolore. ¶ Scōm est/corporis et anime amara separatio. Quāto enim se plus diligunt aliqui: tāto est eorū amarior separatio: vt patet in viro ⁊ vxore: cū ergo anima adeo diligat corpus suū naturaliter q̄ etiā beate anime desiderant incorporari: quis posset dicere quanta est amaritudo in illa separatione? Hanc amaritudinē preuidebat rex Agad qui dixit. j. Reg. xv. Sicciine separat amara mors. vnde ex epl'a Cyrilli Hierosolimitani ad Augustinū de morte Hieronymi: post obitū beati Hieronymi statim surrexit in Palestina heresis q̄ anime nō puniebātur aut premiabātur vsq̄ post diē iudicij: ⁊ q̄ nullū erat purgatorīū. Hac heresi pullulāte postq̄ Cyrillus triduū ieiuniorū indixerat populo. Hieronymus beato Eusebio discipulo suo apparuit dicens. Die crastina iuxta dñi presepe quo meū inhumatū est corpus facies tria hoīm corpora hac nocte d̄ functorū deportari: ⁊ posito sacco meo super eos statim resuscitabūtur: et sic heresim destruent: qd̄ ⁊ factū est: ⁊ resuscitati confirmauerūt fidē de articulo illo. Ad vnū vero illorū se cōtulit Cyrillus: ⁊ interrogatus cur lamētaret: respondit. Si omēs qui in mūdo cogitari possent pene et afflictiones: ⁊ minori qd̄ in alia vita habet tormēto cōparātur solatia erūt: mallet ēm quilibet viuentiū: si illas penas trāsitorias experiētia nosceret vsq̄ ad finē mundi oībus his simul sine remedio torqueri: etiam quas oēs hoīes ab Adā hucusq̄ sigillatim pertulerūt q̄ vno die in inferno siue purgatorio minori q̄ illic habetur pena cruciari. Noli ergo mirari si plāgo qui me cognosco peccasse: ⁊ deū iustū esse: sed potius admirare hoīes q̄ se mori non dubitāt: ⁊ cum aliorū experimento tāta hic securitate viuunt: nec tātas cogitāt euadere penas: interrogauit insuper Cyrillus. Quid erga eū exeunte anima peractū est? At ille adueniente hora mortis tāta in loco quo migraturus iacebā malignorū affuit spirituū multitudo: q̄ pre multitudine dinumerari nō possent: quorū species talis erat/q̄ nihil ea horribilius excogitari potuit. Qui ad me veniētes: omia quecūq̄ in deum deliquerā ad memoriam reuocabāt: suadentes vt amplius dei misericordiā non sperarem/et nisi fuisset ex dei misericordia: eis resistere non valebā. Sed statim affuit Hieronymus q̄ eos fugauit. Tunc ad anime exitum tā grauis et acerba pena fuit: q̄ certe quante fuerint pressure ⁊ angustie non caperet mēs humana: nisi vel egoipse didicissem. Si ēm omnis humanorū intelligētia quas vellet angustias ⁊ dolores existimaret respectu dissolutionis aīe a corpore: anima illa pro nihilo reputaret. In crastino alter interrogat? dicebat. Anima nostra in exitu in ictu oculi fuit ante iudicem deū: sed a q̄bus ⁊ quomodo deportata/nescio. fuimus tunc ego ⁊ socij mei terroribus repleti in cogitationibꝰ nostris q̄d iudex ageret formidātes: heu cur nesciunt mortales q̄bus hoc eueniet nullū eorū que toto tēpore gessimus peccatorū/iudicem latere potuit/immo tā q̄ essent presentia: cunctis astātibus clara erant. Hic demonium multitudo stabat: mala testificātes que fecimus: locum ⁊ modū ⁊ tēpora declarātes. Nesciebamus q̄d agere. Sed affuit Hieronymus q̄ pro nobis orauit: vt ad sedādum heresim sic suis meritis rediremus/⁊ impetrauit. xx. dies: vt cū beato Eusebio Cremonensi iterū moraremur: ⁊ penitentiā ageremus de peccatis nostris. hec Cyrillus. Ex illo patet q̄ dolorosius est mortis punctus: quāta angustia in separatione anime a corpore. pſ. Ibi dolores vt parturiētis: in partu ruptis carnibus extrahitur fetus a ventre. Sic ī morte cuiuslibet impij: statim ex-

Nota

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

trahitur anima a corpore cū magnis angustijs. Unde mors vt quidā volūt a mordeo mordes dr/quia mordet hoīem separando vnam partē ab alia.ſ. animā a corpore partem principalē dimittēdo/minorē partem assumendo ⁊ consumēdo per masticationē ⁊ digestionē. Sicut accidit in morsu rei esibilis. In morte eñ dimittitur anima q̄ est pars p̄ncipalis intacta ⁊ īmortalis: corpus quod est minus principale vermib⁹ cōsumitur. Unde Eccli. xlj. O mors q̄ amara est mēoria tua hoī iniusto habēti pacē in substātijs suis: viro quieto/⁊ cui⁹ directe sunt vie in oībus: ⁊ adhuc valēti capere cibum. Certe amara est mortis experiētia: quando tā amara est mortis memoria: multū amarus est eius gustus: quādo tam amarus est ei⁹ olfactus. hec amaritudo significata est. iiij. Reg. iiij. A Mors in olla vir dei: mors in olla. Qui eñ non delectātur in ollis carniū volatiliū ⁊ venationū: bene clamare poterūt mors in olla/quādo mortis amaritudinē degustabūt. Amara quidē est hec mors cogitantib⁹: multo amarior eā in proximis videntib⁹: sed amarissima eā sentientibus. Unde Eccli. xl. Jugū graue super filios Adā a die eritus de vētre matris eorum vsq̄ in diem sepulture in matrē omniū. Sub isto eñ vinculo ligantur tam diuites q̄ paupe res septem vinculis: que sunt fames/sitis/ frigus/calor/labor/morbus: ⁊ mors quib⁹ ligauit dñs hoīem post peccatū quasi insanū ne se interficeret. Nec mirū si amara sit mors impijs degustantib⁹ eā/qr morsellus est amarissimus quē omnia animalia refugiūt. licet eñ cardones amari sint hoībus non tamē asinis. Sed hunc morsellū omnia aīalia naturaliter repudiāt quem diximus nominatū ex morsu vetito primi parentis/ vnde deriuata est mors. vñ Augu. Opinor q̄ ideo mors hoc vocabulum accepit: eo q̄ morsu quodāmodo venenosi serpētis. i. diaboli in paradiso Adā fuerat interemptus. Rom. v. Per vnū hoīem. ſ. Adā peccatū intrauit in mundū. ſ. originale: ⁊ per peccatū mors. Sed q̄bus videat amarus iste morsellus insinuat scriptura in loco allegato quatuor. ſ. generib⁹ virorū: primo diuitib⁹ cū dicit: habēti pacē in substātijs suis quas diuitias dñs in mortevertet in summā paupertatē. Apoc. iij. Tu dicis qr diues sum: et nullius egeo ⁊ locupletatus sum/et nescis quia miser es ⁊ miserabilis ⁊c. Nō eñ sunt vere diuitie que replent arcā: sed q̄ replent mentē. Cum enim homo pace fruitur inter multas diuitias: subito venit mors que scz oīa aufert: ⁊ tūc miser dicere potest. Ecce in pace. ſ. substātiarū ⁊ diuitiarū mearū amaritudo mea amarissima. hec eñ par ad modū rose est q̄ cito rubet: sed statim marcescit ⁊ moritur. de q̄bus. j. Thessa. v. Cū dixerint pax ⁊ securitas: tūc repētinus superueniet eis interit⁹. pš. A Mane sicut herba transeat et floreat: vespere decidat p mortē: induret per obstinationem: ⁊ arescat in tormentis. ¶ Scdo amara est viro quieto in delicijs. Sic eñ modo volūt esse quieti in suis delicijs: q̄ nulla volūt molestia pulsari. Sed dū inter angustias mortis se reperiūt: tūc amaricatur aīa eorum vehemēter: ⁊ ratio est: qr passum strictū facilius trāsit macilētus nihil portās: q̄ impinguatus homo ⁊ oneratus. Sed passus mort⁹ strictissim⁹ est adeo vt corpus ⁊ aīa quantūcūq̄ sint mutuo colligata illū passum simul trāsire nō possunt immo opz q̄ abinuicē separant: ideo hoīes impinguati delicijs ⁊ onusti diuitijs/ī illo passu angustiant multū ⁊ arctant. Job. xx. Cū satiat⁹ fuerit arctabit ⁊ estuabit: et oīs dolor irruet super eum. Arctabitur eñ sicut mus macilētus intrās cellariū per passum strictū ⁊ parū: vbi inueniēs frumentū: carnes: et caseū comedit. ideo impinguat ⁊ ingrossat: ⁊ tunc dñs videns bona sua corrosa sequit murem ⁊ inquirit: ⁊ tunc mus fugiēs venit finaliter ad foramē per qd̄ exierat: credēs intrare sed nimis impinguatus nō potest: ideo capitur ⁊ occiditur. sic multi intrāt cellariū huius mūdi pauperes ⁊ macilēti immo ita intrant oēs: ⁊ ibi inueniunt diuitias ⁊ delicias diuersas: ⁊ tūc comedūt et bibūt: ⁊ fiunt magis potētes. Et tūc dñs cellarij. i. mūdi videns bona sua cōsumpta ipsos persequit: immittendo infirmitates. qd̄ ipsi videntes fugiunt quantū possunt. Sed qñ putāt finaliter euadere perviā paupertatis per quā intrauerūt: nō possunt dimittere cordis affectionē diuitias scz quas cōgregauerūt: ⁊ inordinate dilexerūt. Quē admodū de quodā vsurario Metensi dicit cui iniunctū est q̄ faceret restitutionem. at ipse si vis inquit q̄ restituā: scinde ventrem meū: ⁊ extrahe cor qd̄ ibi est: et pone aliud: qr q̄diu cor qd̄ habeo remanebit: impossibile est q̄ ego restituā: ⁊ ita tales sic impinguati: in illa hora capiunt sicut mus. ¶ Ter

n Vicula

o Amar⁹

P Par.

Q Metēsis.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tio videt amara mors viris bene fortunatis in hoc mūdo. vñ subditur: cuius vie directe sunt in oibus: qr oia perueniūt ei ad nutū: sed nō videt casum ⁊ infortuniū suū quēad modū de Babylone de qua ds Apoc. xviij. dixit enim in corde suo: sedeo vt regina ⁊ vidua nō sum: ⁊ nō videbo luctū: ideo in vna die veniēt plage ei⁹ mors: ⁊ luctus: ⁊ fames: ⁊ igni cōburetur. subitū enim fulgur qñqz magnā turrim destruit: sic subitum infortunium vel subita mors magnū fortuitum.

¶ Quarto his q̄ sunt valentes ⁊ fortes corpore amara est. vñ subdit: ⁊ adhuc valenti capere cibū. Tales em̄ cū maiori difficultate moriunt. tum ꝓpterea qr delicati sunt in corpore: ideo eorū cōplexio delicatior ⁊ tenerior. Tum etiā qr didiscerūt semp ī gaudio epulari de meliorib⁹: ideo difficile est eis tēpus contrariū qñ nec ampli⁹ mādere pñt: et sic delectari. Sūt em̄ multi qui prelatos cōmendāt vsqz ad celos: qr multa comedāt et deuorēt: pauci vero nūc cōmendantur ab austeritate parsimonie: ab honestate vite: a pfectione sciētie: sed maxime hodie cōmendant a vestiū curiositate: ⁊ ciborū superfluitate. Nūc em̄ clerici volētes suos cōmendare plātos dicūt: bonus prelat⁹ est: ipse suis seruis dat multa ī prādio suo quotidie: tot habet fercula iuxta illud diuitis euāgelici: induebat purpura ⁊ bysso: ecce vestiū curiositatē: ⁊ epulabat splēdide: ecce ciborū superfluitatē: ex q̄bus cōclusit ei dñs eternū supplicīū: dicēs. Mortuus est ergo diues ⁊ sepultus in īferno. ¶ Tertiū cōcomitās mortē est ab oibus reb⁹ spoliatio. Est em̄ mors sicut fur q̄ mundi amatores spoliat crudeliter ⁊ ad infernū deducit. Spoliat autē eos quatuor bonis. Primo q̄dē eos spoliat huius mundi gloria ⁊ pōpa: in qua plures ponūt spem. Sed in morte ꝓcipere pñt ꝙ verū sit illud. Esa. xl. Omis caro fenū: ⁊ omnis gloria ei⁹ quasi flos agri. exiccatū est fenū ⁊ cecidit flos. Quid em̄ portant de gloria sua p̄ncipes ⁊ barones? quid de honore quē homines eis inferebāt? quid de comitiua? q̄d de timore subditorū? oia hec in morte pereuunt. Vñ de Alexandro dicebāt quidā philosophi. O Alexander heri tot regna habebas in tua potestate: hodie te tenet mors in sua potestate. heri cōedebas tot ciboria delicata: hodie factus es cibus vermiū ⁊ esca. heri habebas comitiuā regum principū ducum ⁊ baronū: hodie solus iaces ī sepulcro vermibus comitatus. Hinc ait Aug. O vita fallax ⁊ vmbratica plena laqueis multis: nunc gaudeo sepe tristor: nūc vigeo sepe infirmor: nunc viuo statim morior: nunc felix appareo statim miser videor: nūc rideo statim fleo. Sicqz oia mutabilitati subiacent: vt nihil vna hora: vno statu ꝓmaneat: hinc tremor: hinc fames: hinc sitis: hinc calor: hinc frigus: hinc labor: hinc dolor exuperat

¶ Secūdo spoliat mors mortales a suis tēporalibus. Job. xxvj. Diues cum dormierit nihil secū afferet: aperiet oculos suos et nihil inueniet. pſ. Dormierunt somnū suum et nihil inuenerūt ⁊c. Mundus em̄ licet inuoluat hospites suos bonis multis: tamen in recessu ab hospitio totū retinet: sicut hospitū receptor. Ribaldus em̄ quando est in taberna: ⁊ datur sibi quicquid petit non cogitat de exitu: sed in exitu necesse est ipsum soluere: alioquin spoliatur. Sic diuites huius mundi non cogitant de mortis exitu: et cum perueniunt ad exitum illū et toto spoliant. Ribaldus em̄ pauper somniat quandoqz se esse diuitē: sed cum euigilat nihil inuenit. Exēplum de Saladino qui fuit maximus inter Soldanos: cum autē videret finem suuz appropinquare fecit apportari sibi sudarium suū: ⁊ illo appenso in lancea fecit acclamari. Ecce videte ꝙ Saladinus de omnibus suis diuitijs nihil aliud secum portabit. Sicut em̄ serpens trāseundo per angustū ⁊ strictum foramen pellē deponit: ita ꝙ tota nuda vlterius trāsit. Sic anima per strictissimū foramen mortis dum trāsit pellem. i. tēporalem substantiā: ⁊ carnem. i. corpus dimittere cōpellitur tota nuda: nihil secum nisi peccata portās: ⁊ tunc cū nuda est anima: oēs debitores eius quod suū est repetūt: ⁊ hoc in extrema necessitate ei⁹. Natura sanitatem: pulchritudinē: ⁊ fortitudinem quas dedit: ⁊ etiam alimentū: cum homo tūc sepe egerat. Deus animā quam dedit: terra corpus: ⁊ diabolus pro delectationibus concessis de anima contēdit. Unde diuites cum a mundo exeunt tres heredes vt communiter dimittunt scz parentes vermes: et demones: de quib⁹ Ecclesiastici x. Cum morietur homo hereditabit serpentes et bestias: ⁊ vermes. bestie. i. parentes qui bestialiter postmodum viuunt de male acquisitis: diuitias possident vermes: possident carnes ad comedendum. Job xij. Simul in puluere dormiunt: vermes

R Spoliat.

S Saladinus.

T Heredes.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

comedent eos. Carnem enim sibi vendicāt
tāq̄ rem propriā in qua magnā se reputāt
habere iustitiā: et cū tanta iustitia et poten
tia illā petunt: q̄ nullus potest eis illā ne-
gare: nec papa nec rex: Et ratio iusta est et
equa. Nā res mortuorū debent iure heredi-
tario ad ꝓpinquiores deuenire: nullos au
tem propinquiores habet genere mortuus
q̄ putredinē et vermes: quia putredo pa-
ter et mater: et vermis soror et frater. Job
xvij. Putredini dixi: pater meus es: et ma-
ter mea ⁊ soror mea vermibus. Ex putredi
ne enim oritur oīs homo naturaliter: ideo est
pater et mater. Sed dicūtur fratres qui ex
eodē patre generātur: homo enim et vermes
idem principiū habent: ideo equū est et iu-
stum vt putredo et vermes hominē heredi
tēt: ab hoc solo eximitur christus qui ex pu
tredine natus nō est. Sed demones heredi
tant animā: ita q̄ sicut amici mūdiales pa
rati sunt rapere tēporalia: sic demones ani
mā vt remaneat miser homo ex omni par-
te obsessus. In morte enim est de homine si-
cut de bestia quā excoriat carnifex: vxor te-
net pedē vnū: filij aliū: canis expectat san-
guinē ad bibēdū: proximi carnes ad come-
dēdum. Sic filij et vxor tēporalia: vermes
carnē: demones animā. de quibus dicitur
Job. v. Cōteretur in porta. s. quādo aīa exi
bit a corpore: cui⁹ messem famelicus come-
det hoc ad vermes pertinet qui comedunt
messem. i. carnē quā male seminauit. iuxta
illud Gala. v. Qui seminat in carne: de car-
ne metet ⁊ corruptionē: et ipsum rapiet ar-
matus: hoc ad demones refertur q̄ nostris
malis operibus contra nos se armāt: ⁊ ebi
bēt fitiētes eius diuitias: hoc ad parentes
qui magno desiderio suas diuitias rapiūt:
et tamen nullā eleemosynā faciūt: ⁊ de hac
partitione conformiter dicitur in Ps. Ipsi
vero introibūt in inferiora terre. i. in sepul-
crū: quo ad corpus vbi comedētur a vermi
bus tradētur in manus gladij. s. eterne dā
nationis: quo ad animā partes. i. possessio-
nes erunt vulpiū. i. parētum. Est enim mors
gladius acutissimus: diuidens terrena bo-
na ⁊ potentiā hominū secularē ꝑm occultā
dei prouidentiā. De illo enim maximo fluuio
Gange dicit Orosius q̄ q̄uis habeat cētū
passus in ꝓfunditate: octo milia passuū in
latitudine: Cyrus tn ipm in mille trecētos
et seraginta alueos diuisit: et sic fluuiū illū
maximū vadabilē fecit. Sic nō est dare flu

U Putredo.

X Bestia.

V Gladius

xibilem ⁊ mortalē hominē ira magnū quin
deus q̄nq̄ per mortē ⁊ infortunia diuidat:
et potētiā eius diminuat. Magnus enim flu
uius absorbēs oīa fuit Alexāder: cuius ta-
men imperiū statim eo mortuo in quatuor
diuisum est. j. Machab. j. Maximū flumē
fuit Romanū imperiū per quod absorpte
sunt multe gētes: et in quo multe horrēde
belue habitauerūt que mūdū suis tempori
bus molestauerūt: nūc in quot partes diui
sum sit: experiētia docet. Simile est nūc de
multis auaris qui multa pro tēpore absor-
bent: sed ipsis mortuis oīa condiuidūtur ⁊
ad nihilū declināt. Et pro oībus istis vt cō
muniter in fine thesaurizāt sibi irā dei. iu-
xta illud Jaco. v. Thesaurizatis vobis irā
in nouissimis diebus. Et Esa. ix. In nouissi
mo aggrauata est via maris. ¶ Tertio spo
liat mors corporis voluptate ⁊ delicijs. Tūc
enim nihil prosunt deliciose vestes: instrumē
tor melodie: picture in pānis ⁊ cameris: ci
baria delicata: canes et aues ⁊c. tunc oculi
nō videbunt lumē: facies efficitur pallida:
manus nihil amplius poterūt tāgere: nec pe
des ambulare: nec lingua loqui: nec labia
moueri: nec aures audire. Ad hoc est exem
plū de Helena vrbis Troiane que oēs com
mouebat ad libidinē: que mortua cōmoue
bat ad horrorē. Vñ ad hoc est dictū cuius-
dā philosophi. Ingressus sum vt videre ca
dauer Cesaris: ⁊ vidi eū liuido colore colo-
ratū: putredine circūdatū: aluū eius diru-
tū: et vermiū cateruas q̄ illud discurrētes:
duo famelici pascebātur in foueis oculor:
crines nō adherebāt capiti: dētes patebāt
labijs cōsumptis. Et dixi vbi est Cesar cho
rus puellarū: magnitudo diuitiarū: cater-
ua baronū: acies militū. vbi sunt canes ve
nantes: equi veloces: aues rapaces: thala-
mus depictus: lectos eburneus: argētum
aurū. vbi sunt vestimenta mutatoria: ciba
ria diuersa: cāticum lyre: organor sonitus:
odor aromaticus. te verebātur hoīes: time
bāt principes: colebāt vrbes. vbi est tanta
potētia tā preclara facta: et respōdit mihi:
Hec oīa defecerunt in me q̄n defecit spiritus
me⁹: et reliquerūt me ī hoc misero sepulcro
circūdato et repleto putredine carnis mee.
Vñ Job. xxiij. Dulcedo illi⁹ vermis. glos. i.
caro que dulcis fuit luxurioso: vermis erit
et a vermibus possidebitur. ¶ Quarto spo
liat mors amicor presentia ⁊ subsidio. Tūc
enim nō erit tecū vxor; nō adulator solito mo

Z Helena

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re confortās/non aduocatus causam iniustam defendēs/non procurator pro te comparēs: qr in causa criminali non per procuratorē: sed per se quis debet respōdere. Ūn quidā rex de die mortis per medicos certificatus dicebat. heu quot pcessores ⁊ precursores habere solebā ad parandum mihi hospitiū: ⁊ oīa necessaria antecēs ad illud venirem: hodie recedo solus ad patriā ignotā/ et nullū inuenio qui me velit precedere vel mecū ire: immo qd deterius est sic spoliant amicis ꝙ apud eos etiā perit memoria eorū cum sonitu vt etiā nec precib? velint eos iuuare post mortē. Esaie. xxvj. Propagines relicte sunt: transierunt mare. In morte em propagines oēs fidutie deserūtur: dū propinqui non curāt anime mortui subuenire: et sic trāseunt mare amaritudinis mortis ī aliud mare amarissimū. ¶ Quartū cōcomitans est peccatorū memoria. Deutero. xxxj. Occurrēt vobis mala in extremo tpe cū feceritis malū in conspectu dñi. Sicut em viro iusto bona q̄ fecit recordat: dant ei quandā securitatem vt cōfidat in morte sua. Sic procurāte diabolo impio cōstituto in extremis redeūt ad memoriā mala que fecit/ vt sint ipsi occasio desperationis: sicut Jude q̄ recogitans peccatū suum dixit/ peccaui: et abiens laqueo se suspēdit. ⁊ Tullius in Catilinā. Scelera tua quasi quedam furie tibi occurrunt. ¶ Quintū est representatio corā deo: tunc em oportet aīam deo creatori suo representari. Eccls. xij. Et spirit? redeat ad deū qui fecit illū: ⁊ loquitur de hora mortis. In vitis patrum/ dicit abbas Helias. Ego rem illā timeo quādo aīa mea occursura est deo. Si autē viro tam perfecto terribilis videbatur illa representatio: q̄ terribilis debet videri viro impio ⁊ innumerabilib? coram tāto iudice reo. ideo orandū est pro defunctis cū exeunt ab hoc seculo ⁊ nō est eis detrahendū. Refert legēda Longobardica ꝙ in monasterio sancti Gregorij frater q̄dā nimio febriū calore vltimū flatum emittere videbatur circūstantes vero monachi psalmodiā interrūpentes/ cū ei detrahērēt: ipse reuiuiscens ⁊ oculos subridēdo concutiens ait: parcat vobis deus fratres quare mihi detrahere voluistis: nā impedimentū mihi non modicū dedistis. Nam tā a vobis ꝙ a diabolo sub vno tpe fui accusatus: ⁊ nesciebā cui calūnie prius debui respōdere. Ideo si aliquādo aliquē migrantē viderimus eidem non detractionē sed cōpassionē impendamus: vtpote q̄ ad tā districti iudicis iudiciū cū criminatore suo vadit. Timeāt proinde quicūq̄ raptores ⁊ odiosi deor hoībus: ne forte cū discesserint ab hoc seculo non cōpassionē ab hoīb? accipiant: sed maledictionem ꝓpter iniustitias suas. ¶ Sextū cōcomitās est horrēdus demonū ꝓcursus. Ber. O aīa mea q̄s erit ille pauor cum tibi cateruatim occurrētia illa teterrima monstra videbis? Veniet em tūc diabolus primo sicut pastor ouē suā ne perdat/ susceptūrus animā. Si em aīam christi expectaturus adue nit prout dicit dñs. Jo. xiiij. Venit em princeps mūdi huius ⁊ in me nō habet quicq̄. quō igit sibi timere nō debet Christianus in pctō natus ⁊ nutritus? Et ipsi vt miserū pctōrem nō perdāt/ agmine aggregato successiue vadūt ⁊ veniūt: terrorē incutiētes et viā ne egrediatur ⁊ euadat obsidētes. Job xx. Vadēt ⁊ veniēt sup eū horribiles. Scō venit sicut fenerator/ mutuū repetiturus. Luc. xij. Stulte hac nocte repetent a te ⁊c. Et ōr repetēt pluraliter qr plures cōgregabunt vt magis terreatur pctōr: ⁊ terrendo desperet. Job. xix. Simul venerūt latrones eius. s. dei. ⁊ hoc pmissione eius ⁊ fecerunt sibi viā per me: obsederunt in gyro tabernaculum meū ⁊ hoc iusto dei iudicio ⁊ pctōris demerito. Ūn dicit/ fecerūt sibi viā per me. Tūc pctōr desperatus timet ⁊ tremet ⁊ nescit q̄d respōdeat aut q̄d agat. pś. Timor ⁊ tremor venerūt sup me: ⁊ contexerūt me tenebre. Tertio sicut accusator suū priuilegiū ostēsurus. Ūn dicit moriēs illud. iiij. Regū iiij. Ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Diabolus em q̄ corpus ⁊ animā repetit: chirographū dedit cū peccauit: et qr nō est deletū per penitentiā/ illud ostendit. ideo a iusto iudice petit iustitiam ⁊ profertur sentētia. pś. Veniat mors sup illos et descēdant in infernū viuentes. Quarto sicut raptor ⁊ tortor reū punitur? Jo. x. Fur nō venit nisi vt furetur ⁊ mactet ⁊ perdat. fur em de nocte subito venit īprouisos īuadit: spoliat/ interficit de quo (Hiere. vj.) ōr peccatori moriēti. Fac tibi plāctū amarū qr repente veniet vastator sup vos. vastator est diabolus qui oīa suorum bona deuastat. qr cū quis est in mortali peccato oīa bona sua perdit. Si ergo magnū gaudiū est anime iuste cū exit a corpore dū portat ab angelis in celū: iuxta illud Luc. xvj.

A Detrahere.

B Venit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Factū est vt moreretur mēdicus ⁊ portarek ab angelis in sinu Abrae. ⁊ iterū pō. Offerē tur in letitia ⁊ exultatione. Si insuper magna est illis securitas in deportatione illa: cum nō formidāt bestias infernales in exitu eis insidiātes: quantū timendus est ille incursus viris nequā ⁊ tunc destitutis auxilio ⁊ consilio. Si ēm christus timuit ⁊ Stephanus: ⁊ orauerūt pro seipsis/quantū debet orare ante tēpus illud vt deus tempus donet penitētie. Exemplū de tremore comitis Matisconen. q̄ visibiliter a diabolo delatus est in infernū. ¶ Septimū concomitās est corporis destitutio. Mors enim aufert corpori ⁊ pulchritudinē ⁊ fortitudinē ⁊ florē iuuētutis ⁊ oīmodā gloriā suam. Vñ Sebastianus in legēda sua ait. Mors oīa interimit ita vt cum esse desierint nec fuisse putent. Non aūt solū in re sed etiā in spe in quo est deterior homo vegetabilib⁹: que priuata suis bonis per abscisionē rursum recuperāt ea. homo vero ꝑm naturā nō potest. Job. ix. Lignū habet spem/si prescisum fuerit rursum virescit ⁊ rami ei⁹ pullulāt. Homo vero cū mortuus fuerit ⁊ nudatus atq̄ cōsumptus vbi queso est. Vñ. j. Machab. iij. dicit Mathathias deplorās: oīs cōpositio eius ablata est. ¶ Octauū est vilitas cadaueris. Mors ēm nō solū aufert bona corpori. sed etiā hoīem redigit in cadauer quo cūq̄ cadauere alio vilius. Bern. Quid fetidius humano cadauere? q̄d horribili⁹ mortuo hoīe cuius erat in vita gratissimus amplexus/fit ī morte horribilis aspect⁹? Quid ergo prosunt delicie/q̄d diuitie/quid honores? diuitie nō liberant a morte/nec delicie a verme/nec honores a fetore. Qui modo sedebat diues in throno/iacet nūc pauper in tumulo. q̄ modo delicijs vescebatur nūc in sepulcro a vermib⁹ cōsumitur. qui paulo ante gloriosus astabat in aula: modo iacet ignominiosus in culpa. Ad speculādū autē in hoc cadauere deberet homo ire frequenter ad sepulcrū: saltē consideratione: dimissis alijs vanis spectaculis. Eccl'. vij. Melius est ire ad domū luctus q̄ ad domū cōuiuij: in illa ēm finis cūctorum admonetur hominū: ⁊ viuens cogitat quid futurū sit.

C Comestor. Exemplū de magistro Petro comestore qui super se in tūba sua poni fecit hos versus.

Petr⁹ erā quē petra tegit dictusq̄ cōestor.
Nūc comedor/viuus docui/nec cesso docere
Mortuus: vt discat q̄ me videt incineratū.
Qd̄ sumus iste fuit: erimusq̄ q̄d hic est.

¶ Mors cum suis decem nuntijs quatuor mortales docet vitare. Capitulū. vij.

Ota q̄ mors cū suis nūtijs specialiter docet vitare quatuor in q̄bus maior pars hoīm errat. s. cupiditatē/luxuriā/superbiā/et presumptionē lōge vite. Et rationes quare hec vitāda sunt tangūtur. Job. xiiij. cū dr. Homo natus de muliere breui viuēs tēpore replet multis miserijs: q̄ quasi flos egreditur ⁊ conteritur ⁊ fugit velut vmbra. In hac ēm auctoritate quatuor tangūtur: breuitas cōtra cupiditatē: miseria contra lasciuiā: cōtritio contra superbiā: velox fuga cōtra lōgevite presumptionē. Qz breuitas sit remediū cōtra cupiditatē patet: qz si homo haberet de cōmuni humane vite cursu vel ex priuilegio speciali: vel quacūq̄ certitudine q̄ per decē milia annorū viueret vel saltē per mille vel p ducentos annos/haberet aliquod motiuū vel colorem cupiditatis vt sibi pro tā longa vita prouideret in futurū. Nūc de illis qui nascūtur decimus nō peruenit ad octogesimū annū: ⁊ qui illā attingunt etatē amplius aūt eoꝝ labor ⁊ dolor. Nā ertūc incedūt curui/tussiētes/pleni miserijs: qz senectus secū multa affert incōmoda: et dato q̄ viuerent mille annis: adhuc mille anni tamq̄ dies hesterna q̄ preteriit. Et ideo si vita sit ita breuis mirabile est quō ita cupiūt aggregare diuitias solicitati de tā breui vita: nihil curātes de eterna. Vñ ⁊ rationabiliter de⁹ vite breuitatē ordinauit cōtra mūdi cupiditatē: ita q̄ crescente cupiditate vitā abbreuiauit cupidorū. Nā in principio mundi cū terra esset habitatorib⁹ amplior: qz habitatores tunc erant pauciores/min⁹ cupidi/minus mutuis brigis ⁊ malitijs se expugnātes. Nondū ēm inuēte erāt malitie que de die in diē crescūt: tūc habuit hoies q̄ nongētos annos ⁊ vltra attigerūt. Nūc sicut cū terrarū termini ⁊ possessiones arctātur: qz possessores ⁊ habitatores multiplicant quib⁹ terra vix sufficit. Ita cupiditas ⁊ auaritia ⁊ malitia crescūt: intātum q̄ q̄libet fere aliū brigis placitis vel bellis expugnat: ita insup ⁊ dies vite decrescūt: et etates hoīm abbreuiātur vt per hoc oībus deus patefaceret q̄ ideo dies abbreuiat et etates: vt destruat cupiditates ad modum

D Vitare

E Breuitas.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

medici qui crescēte morbo augmētat medicinas: ostendens cupido q̃ cū habuerit qd̄ cupiebat possidere non potest. Job. xx. Qz aūt miseriarū copia sit remediū cōtra inordinatas cōcupiscētias pt̄z: qz si corpus ante mortē vel ī morte vel post mortē esset felix ⁊ bene ꝓditionatū: nō esset mirū si aīa ipsi⁹ sequeret desideria: nūc vero qz tot repletē miseriis ⁊ in morte ⁊ ante ⁊ post videt q̄le est corp⁹: dissuadet aīe ne ipsi⁹ sequat voluptates. Ante em̄ mortē vel nō est sanū vel indisponit ad sanitatē vel est cū materia īfirmitatū vel grauatū vel cū timore infirmitatū vel cū passionib⁹ alterātibus ipm: in morte aūt ⁊ post satis pt̄z ad sensuz ei⁹ dispositio. Nolite ergo ꝯm carnē viuere qz si ꝯm carnē vixeritis moriemini. Si aūt spū facta carnis mortificaueritis: viuetis. Ro. viij. Qz cōtrio destinat supbiā pt̄z: qz q̄z cito positi erimus sub pedib⁹ nō solū hoīm tā amicoꝝ q̄ inimicoꝝ: sed etiā canū ⁊ bestiarū. Qui nūc eleuat magna palatia ⁊ magnas habitationes: habebit aulā: cui⁹ summitas nasum suū tāget: ⁊ q̄ nunc nescit de quo vult indui ad pōpā: habebit tūc vestimentū de terra ⁊ de vermib⁹: ⁊ q̄ nunc pro verbo offensus cū hoībus pugnat/ tūc si gladiū haberet ī manib⁹ a miseris bestijs ⁊ vermib⁹ se custodire nō posset. Et si hec cōsideraverim⁹ paruū inueniem⁹ superbiēdi motiuū: qz Eccl̄s. iij. Oīa cōterit tēpus moriēdi: ⁊ Eccli. xlviij. ⁊ post mortē nō erit tale nomē nostrū. Quod vero fuga velox nos retrahat a spe lōgioris vite patet. Nā paruū desideriū de lōga vita haberem⁹ si cōsiderarem⁹ q̄ sicut existēs in naui mota siue comedat: siue dormiat: siue gaudeat: siue doleat versus portū mouetur qd̄ tū nō percipit nisi port⁹ vel ripa videat. Ita nos versus mortē etiā si corpe quiescamus mouemur sicut portat⁹ in naui: ⁊ sicut vmbra mouet ad motū alteri⁹: ita ⁊ nos ad mortē motu tpis velocissimo. Currunt em̄ oēs motu velocissimo tā parui q̄z magni: tā potētes q̄ cōtracti. Etiā pueri ātē q̄ gradiant ad mortis diē tēdūt. Quilibet em̄ singulis dieb⁹ facit vnā magnā dietā ad mortē: de q̄ cursu dicit Aug. Nihil aliud est tp̄s p̄sentis vite q̄z cursus ad mortē in quo nemo vel paululū stare vel tardi⁹ ire permittitur. Sed oēs vigemur pari motu. Et q̄ vero satis apparet q̄z fatuū sit sectari gaudiū in isto mūdo illis qb⁹ poti⁹ fletus ptinet q̄ risus: vt pote q̄ ad mortē tendūt. Fatu⁹ em̄ esset valde q̄ ad mortē vel patibulū ducere tur ⁊ rideret. Inde Eccl̄s. ij. ait sapiens. Risum reputaui errorē. Scd̄o patet q̄z fatue agūt qui tantū laborāt: vt diu viuāt: valde em̄ fatuū est continue ad aliquē locū currere ⁊ nolle ad eū puenire. vñ Aug. Quanta cura quāto ope querūt hoīes: vt diu viuāt: ipm aūt viuere q̄d est nisi ad finē currere. ⁊ Greg. Quid est vita mortalis nisi via: ⁊ q̄lis sit fratres mei bene ppēdite. In labore vie lassari ⁊ tū eandē viā nolle finiri. Sicut em̄ in flumine nō apparet velox cursus nauis nis respect⁹ habeat ad stabilitatē littoris: sic nō apparet velox cursus nauis p̄sentis nisi habeat respectus ad eternitatē vite future: ⁊ qz iusti hūc respectū habēt: qz oculi Jacob in terra frumēti ⁊ vini. Non autē impij q̄z diu viuūt ī hoc mūdo: qz oculi stultorū in finib⁹ terre: ideo stulti nō apprehendūt finē suū: ⁊ q̄ ad eū currunt: qz de stabilitate eternitatis nō cōsiderāt: sed hoc bene cognoscūt: qui iā sunt in inferno dicentes. Sap̄. v. Nos nati continuo desinim⁹ esse: ⁊ virtutis nullū signū valuim⁹ ostēdere: ī malignitate aūt nostra cōsumpti sumus. Preterea de huius breuitate vite/ ⁊ fuga velociquib⁹ tēdimus ad mortē: exemplū habem⁹ in sole de quo d̄z Eccl̄s. j. Oritur sol ⁊ occidit ⁊ ad locum suū reuertitur. q̄ cito em̄ sol ortus est tā cito tēdit ad occasum: ⁊ q̄ñ creditur occidisse occulte redit ad locū vñ processit. sic hō q̄ cito natus est: incipit ad mortē currere: ⁊ cū mortuus credit ad actorem suū reuertitur: vt penā vel premiū recipiat ex quo fatui valde apparent: q̄ mundū istū trāsitoriū regno eterno preponunt: sicut fatuus esset qui in modica terra haberet ius dominādi tāto tpe quāto posset transire eā super vnū velocē equū: ⁊ in vno magno regno haberet ius illud perpetuo possidēdi: sed p̄ p̄mo iure secūdo se spoliaret. Equus autē noster velociter currens ad mortem est corpus nostrū. Esa. xxxj. Equi eorū caro: super quā residet anima nostra.

¶ Quinq̄z bonas mortis ꝓditiōes. Ca. viij.

Prima conditio bona ipsi⁹ mortis: qz scilz est prudētissima eruditrix ⁊ magistra omniū: reducens hoīes errantes ad lumē veritatis: vnde ⁊ dicitur in psalmo. Nox scilz mortis illuminatio mea in delicijs meis.

Medici
E Copia.
S Contritio.
V Fuga.
J Conditiones.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

¶ Secūdo mors est iustissima iudiciaria: et strictissima ordinatrix. Nam in mundo isto multi sunt deordinati: qz ipsi peccatores et abūdātes in seculo: aliqui per potentiā: aliqui per falsitatē: aliqui ꝑ cautelas obtinuerūt diuitias: ⁊ alijs preponūtur: ⁊ vnus alterius locū capit: ⁊ rapax: ⁊ potēs exaltat. Sed per mortis ordinationē oēs ordinantur: ⁊ suis reponētur in locis: ita vt ꝓm eorū valorem collocētur. Unde et Pſ. statim post subdit. Intelligā in nouissimis eorꝫ. s. in morte. Verūtamē ꝓpter dolos quos fecerūt supple: posuisti eis sup. terminū mortis: deiecisti eos dum alleuarētur. Vnde est exēplū de diuite ⁊ Lazaro: qui male collocabātur in hoc seculo: sed dū mors egit suū officiū iuxta merita sua iuste collocati sūt. Mors em̄ ꝓm Guill. Paris. est securis de terra maledicta vite presentis arbores erectas secans: vt alibi floreāt ⁊ fructificēt: videlicet plātate in domo dn̄i in atrijs domꝰ dei nostri: inutiles vero in ignē mittentur. de qua Mat. vij. et Luce. iij. Jā securis ad radicē posita est. Unde sicut iustꝰ iudex nō pōt flecti prece nec ꝑcio: ita nec mors quin maiores etiā destruat: ⁊ sicut iudex ꝑ sentētiā vnicuiq; dat qd̄ suū est: sic mors: qz corpus reddit terre: animam deo vel diabolo. Eccls. xij. Puluis reuertatur in terrā suā: ⁊ spūs redeat ad eū qui dedit illū. Vn̄ nec accipit personam: sed oīa reducit ad equalitatē. Vn̄ quidā versificator. Mors dn̄os seruis: mors sceptra ligonibus equat. ¶ Tertio mors est strictissima purgatrix: qz hic in mūdi cāpo granū cū palea permixtū est: q̄d quidē per mortē a paleis purgatur: et granū in horreo celi reponitur: ⁊ palea in igne inferni. ¶ Quarto mors est largissima eleemosynaria: qz multa priusauare collecta ⁊ retēta: large dare facit. patet. j. Macha. j. de Alexādro cuiviuēti nō sufficiebat totus mūdus: qui regnū suū moriens diuidebat. Et de Tremelane tyrāno Parthorum quo mortuo vnusquisq; tyrānorꝫ resumpsit imperiū sicut prius. Jtē de multis q̄ multos habēt thesauros quos contingere non audēt: qui ad successores per mortē deueniūt qui prodige illos dissipant et consumunt. ¶ Quinto est diligentissima stimulatrix tepidorꝫ: quia sicut nox appropinquās a viatoribus acidiā fugat: sic mors velocius deū et ea que ad salutē anime pertinēt querere facit. iuxta illud Pſ. Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea acceleraueruntꝫ.

firmitates eorum: postea acceleraueruntꝫ.

¶ Sex differentie quibus differēter moriūtur boni et mali diei mortis iustorum: quatuor proprietates bonorum mortis desiderium: decem mortis nuntios: et senum sex insignia continet. Capitulum. ix.

Rota multū differūt boni ⁊ mali: ꝑ mortē exeunt hoc seculum: de ipsis em̄ vtriusq; dicitur in Pſ. Appropinquauerūt vsq; ad portas mortis: sed differenter. Nā iusti eas appropinquāt letanter ⁊ cum gaudio: sicut famelici ad portā vbi magnū preparatur cōuiuiū: pauperes ad portā vbi datur larga eleemosyna: peregrini ad portā domus ꝓprie: sicut filius ad portā palatij in quo scit patrē gloriose regnare: sic boni appropinquāt ad portas mortis ꝑ quā itur ad palatiū: in quo gloriose regnat christus cū sanctis parētibus nostris: qui amicis ad eos venientibus occurrunt in porta mortis. Et si quis illorum in porta senserit pressurā infirmitatis: sicut q̄nq; intrantes ad magna festa: vel etiam dure in purgatorio manus suas lauerit: in igne tūc nō meminerit pressure ꝓpter gaudiū. Sed q̄ male vixerūt appropinquāt ad portas mortis cū desperatione: qz nec eleemosynarū largitiones/nec patrē quem offenderūt sperant adiutorē: sed magis illis dicere conuenit illud Esa. xxij. Comedamus et bibam⁹: cras em̄ moriemur. quasi diceret. Accipiam⁹ hic solatiū qd̄ habere possumus: qz aliud post mortē non speramus. Sicut em̄ illi q̄ nihil in sua sentiūt cōsciētia debēt illud iudiciū dei desiderare vel sepius memorari cū dulcedine: sicut dicit Pſ. Memor fui iudiciorū tuorꝫ dn̄e ⁊ cōsolatus sum. Sic qui eam plenā sordibus sentiūt horrere debēt istud iudiciū. Hui⁹ aūt differētie ratio pōt ostendi ex tribus. Primo qz qui habet laceratas vestes ⁊ debiles exterius: sed interius perpulchras et bonas: non timet nec erubescit deponere vestē exteriorē ⁊ interiorē ostēdere etiā corā multitudine. Jta scti q̄ corp⁹ reputāt vestimētū fragile ⁊ debile habentes interi⁹ nouū hoīem: q̄ ꝓm deū creat⁹ est. iaīam pulcherrime ornatā: nō timent corp⁹ deponere: nec erubescūt aīam corā deo ⁊ tota celesti curia oñdere: īmo cuilibet tali iuxta illud Pſ. sniam. iudicia tua iocūda. De

K Differēter.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

illo em̃ dici pōt illud Prouer. vlt. Ridebit ī die nouissimo. Mali ꝯo licet exteriꝰ appareāt cū apparatu magno: īteriꝰ tm̃ in ꝓsciētia nō est nisi tinea et vermis: iō nō mirū si cū tristitia exeūt maxīa. Exēplū de diuite q̃ exteriꝰ induebat purpura ⁊ bysso: īteriꝰ autē verme cōsciētie remordēte. ¶ Scdo iusti habēt cām iocūde exeūdi ex cōfidētia quā habēt in deū cui priꝰ seruierūt: vt ptz in vitis patrū de sancto Hilarione: q̃ qn̄ debuit mori dixit aīe sue. Egredere audacter: q̃re times egredi: nōne. lx. annis seruiuisti deo q̃re times ire ad eū: si tot annis seruiuisses regi mortali nō timeres eū aggredi? Sz ī pti qz nō seruierūt deo causam habēt timēdi eū: quia seruꝰ sciēs ⁊ nō faciēs volūtatē dñi sui/plagis vapulabit multis. ¶ Tertio qz scti cōfortātur cōiter sctōꝝ visiōe ⁊ associatiōe q̃ illis occurrūt ī morte ⁊ aliqn̄ christus. Exēplū de Tharsilla. iiij. dialog. et de Musa cui btā virgo apuit. Itē de Romulo. Itē de quodā paralytico. Itē de Ursino Iō ōr Job. v. ad aliquē sctōꝝ cōuertere: ita vt scti nūc sint faciēdi amici: vn̄ ⁊ Stephanus moriturꝰ vidit gloriā dei ⁊ celos apertos: ⁊ Jesum stātē a dextris dei. Prouerb. xiiij. Sperat iustꝰ ī morte sua. Sz ecōuerso mali cū moriūtur sepe turbātur horrendis visionibꝰ demonū quoꝝ volūtatē fecerūt: ⁊ cū eis q̃si fedus inierūt. Exēplū de Theodoro Crisorio ⁊ monacho guloso. iiij. dialo. c. xxxviij. ¶ Scdo differēter exeūt boni a malis: qz boni ī morte adipiscūtur desiderium suū. iuxta illud Ps̄. Desideriū eorū attulit dñs nō sunt fraudati a desiderio suo. Et iterū. Desideriū eiꝰ tribuisti ei: et volūtate labioꝝ eiꝰ ⁊c. Sz mali ex toto nihil sui desiderij moriēdo obtinēt. Sz oīa ipīs pereūtibꝰ pereūt. Ps̄. In die illa peribūt oēs cogitatiōes eoꝝ. Et iterū Ps̄. Desideriū pctōꝝ peribit. Sicut em̃ mali sagittatores nūq̃z vel raro nisi fortuitu attingūt signū: boni autē statim attingūt. sic mali hoīes vix ī fine attingūt desideriū: boni ꝯo qz recte tēdūt in deū: illud facile attingunt. In morte em̃ lucrātur q̃cq̃d pdiderūt ī vita sua: si em̃ tēporalia amiserūt: si vitā: si amicos īde in morte oīa recuperāt nō transitoria: sed eterna. Mali vero q̃ multū luserūt ī vita ista ī fine oīa pdūt: ⁊ sic turpissime fallūtur. Inde est q̃ iusti summe desiderāt mortē: ⁊ h̄ ppter multa. Primo ppter debiti vel tributi solutionē. Obligatꝰ em̃ debitis gaudet de sui acq̃ttatiōe. oēs aūt obligamur ad mortē. iij. Reg. xiiij. Oēs morimur ⁊ sicut aq̃ dilabimur ī terrā. vn̄ ⁊ Mat. xvij. dñs p se et p Petro reddidit tributū. glos. i. mortē. Secūdo ppter huiꝰ mūdi miserie declinationē Jone. iij. Percussit sol sup caput Jone ⁊ petijt aīe sue vt moreret et estuabat per solis estuationē: tāgit miseria ⁊ afflictio mundi. Est enim mors eductio aīe de carcere graui quē q̃rebat Ps̄. dicēs. Educ de carcere animā meā. ⁊ Paulus Rom̄. vij. Infelix ego hō q̃s me liberabit de corpe mortis huiꝰ? Sicut em̃ ī carceratus gaudet de sui liberatione: sic iustꝰ de morte. sicut etiā ī firmꝰ gaudet de sua sanitate. Qz em̃ corpus sit carcer grauis ipsiꝰ aīe: ptz Sap̄. ix. Corpꝰ qd̄ corrūpit aggrauat aīam. Vn̄ latronē q̃dāmodo se pbat q̃ exire de hoc carcere formidat. Dignꝰ em̃ suspēdio mirabiliter timet educi de carcere: qz scit q̃ ad patibulū īmediate rapiet. Itē mors est finis vilissime seruitutis qz corruptiōis. Rom̄. viij. creatura liberabit a seruitute corruptiōis. Preterea est oneris grauissimi ⁊ vilissimi depositio. s. corporis: ⁊ de furioso equo. s. de carne descēsio Inde ōr Eccli. xj. O mors bonū est iudiciū tuū hoī indigēti ⁊ q̃ minorat viribꝰ ⁊ defecto etate. Tertio ppter mūdi piculoꝝ euasionē: vt hō euadēs de domo ruinosa vl̄ de incēdio: totꝰ em̃ mūdus in maligno positꝰ est. Sap̄. iiij. ⁊ v. Eccl. xj. Periculis fluminū/periculis latronū ⁊c. Osee. iiij. Maledictū mēdaciū/homicidiū/furtū inūdauerūt sup terrā: ecce qualia flumina ī q̃bꝰ filij Hebreoꝝ submergūtur. Sz de iustis ōr Sap̄. iiij. Justꝰ si p̄occupatꝰ morte fuerit in refrigerio erit. Positꝰ em̃ in piculo maris gaudet de portꝰ adeptiōe: ⁊ pugil gaudet de victoria. vt em̃ dicit Guil. lib. de virtutibus. Mors est ppugnatrix aīe: vindicās eā de suo hoste neq̃ssimo. s. carne occidēs ipsam. Inde. iij. Reg. xix. vidēs Helias pseculionē Jezabel ī pphetas petijt aīe sue vt moreret: qz. s. nullꝰ audebat pphetizare vel veritatē p̄dicare. Sic Augu. legit a dño obtinuisse vt moreret cū circūdabatur ciuitas Hipponēsis ab Vuādalis vt vitaret hmōi miserias quas videbat affuturas. Quarto ppter p̄mij adeptionē vt operariꝰ de fine diei vt mercedē recipiat. Job. iij. Expectāt mortē et nō venit: gaudētq̃z vehemēter cū inuenerint sepulcrū. Justi em̃ laborāt ī vinea dñi vsq̃z ad finē vite: et inde expectant

2 Justi.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ad Dies. mercedē. Apocal.xiiij. Beati mortui qui in dño moriuntur. Est eñ iustis dies mortis. primo ortus eterne claritatis. Job. xj. Cū te cōsumptū putaueris orieris vt Lucifer: et quasi meridianus fulgor ꝓsurget tibi ad vesperā. Scdo est acquisitio ꝓprie quietis. Apocal.xiiij. Beati mortui ꝛc. Et sequitur. Amodo iā dicit spūs vt requiescāt a laboribus suis. Et Pš. Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas ꝛc. Tertio est possessio ꝓpetue securitatis. Job.xj. et defossus securus dormies: ꝛ non erit qui te terreat. Quarto ingressus abūdantie et satietatis. Job.v. Ingredieris in abūdātia sepulcrū: ideo nō mirū si sancti plangūt dū nō egrediuntur ab hmōi carcere ꝛ miseria: quēadmodū vnus qui dicebat. Heu mihi qr incolatus meus prolōgatus est. Et hoc ō: Apocal.xix. Querēt hoīes mortē ꝛ nō inuenīēt: dñs eñ permittit suos affligi donec ꝓbentur: vt furnarius panem dimittit in furno donec fit bene coctus. nec minus mirabile si gaudēt cū exeūt de corpore dicētes illud Pš. Cōuertere aīa mea in requiē tuā: quia dñs bñfecit tibi. eo ꝙ de carcere egressa es ad regnū: de exilio ad hereditatē: de periculis ad securitatē: de pugna ad palmā: de miseria ad gloriā. ideo dicit sapiens Eccli.xxx. Melior est mors ꝙ vita amara. Et Eccles vij. Melior est dies mortis ꝙ dies natiuitatis. Et iterū Eccls.iiij.c. Laudaui magis mortuos ꝙ viuētes. Qr si dicatur quō sanctiviri mortē desiderent: cū tamē eā timeāt et horreāt: qd eñ timetur procul fugitur? Ad hoc respōdēdū/sit prima ꝓpositio. Iusti timēt naturaliter mori: primo ꝓpter naturalē inclinationē que refugit cōtrarium. Oīs eñ natura mūdi timet ꝛ fugit suū cōtrariū: vt gallus vulpē/et agnus lupū. ergo cū mors sit nature nostre contraria que immortalis in sua creatione est facta ꝓ tāto ꝙ semp viuere potuisset si voluisset: non est mirabile ꝙ naturali instinctu mortē timet. Sicut etiā naturaliter plus timet homo esse solus in tenebris ꝙ ī lumine: quia etiā tenebre cōtra naturā nostrā in sua creatione sunt: qr hō factus fuit vt semp in lumine vixisset: ꝛ forte corporalibus tenebris caruisset si se a tenebris spūalib? diuisisset. Unde et christ? mortē timuit. Sic ꝛ Petr? qui ante aduētū spūssancti dū mori timuit vitā negauit. Sic Paulus qui pāno (dum obtrūcaretur) oculos operuit. Scdo ꝓpter

Desiderant. Iusti.

lumē aīe quo videt iustus intra cōsciētiam suā multa nō purgata: ꝛ in alio seculo pericula ꝛ horrenda dei iudicia. Legitur eñ in dialogo beati Grego. ꝙ cuidā viro religioso magne perfectionis Antonio noīe facta est vox in nocte dicēs. Esto paratus qr dñs iussit te migrare: qui cū valde timens diceret se sumptus non habere: dictū est ei. Si de pcīs agis dimissa sunt tibi. Qui cū adhuc trepidaret sequēti nocte verbis similibus admonitus: die quinta defunctus est. Itē de Arsenio legitur in vitis patrū ꝙ cū esset traditurus spm̄: viderunt eū discipuli flentē: qui dixerūt ei. Et tu times mortē pater? Quibus ille In veritate timeo: ꝛ timor qui in hac hora mihi est semp fuit in me ex quo fui factus monachus: ꝛ sic in pace ꝙeuit. vñ Prouer.xxviij. Beatus hō qui semper est pauidus. Legitur insup Esa.xxxviij de Ezechia qui fuit de optimis regib? Iuda: ꝙ nūtiata sibi morte timens fleuit valde: ꝛ sic de multis alis sctis legitur ꝙ mortē timuerunt: immo de sancto sanctor: q̄ licet leo fortissimus fuerit ad nullius pauēs occursum/mortē tñ timuit. Uñ ꝛ sanctissimus ꝓpheta Dauid cognoscēs se mortalē aiebat. Aduena ego sum ꝛ peregrin?/sicut oēs patres mei: sed timēs ꝓpter pctā exitū subiungit. Remitte mihi supple pctā vt refrigerer priusq̄ abeā ꝛ ampli? nō ero. Secūda ꝓpositio. Mortē tñ minus timēt boni ꝙ mali patet: qr boni hanc vitā nō magnā reputāt dicētes illud Heb.xiij. Nō habemus hic ciuitatē manentē sed futurā inquirimus. Mali ecōuerso: qr oīa q̄ diligūt tūc amittūt. Inde est ꝙ cōiter diuites plꝰ mortē timēt ꝙ pauperes: qr nihil amittūt pauperes moriēdo que dilexerūt. Inde dixit quidā pbs ꝙ mors est pauor diuitum: desideriū pauperū. Unde Tull. in Paradoxis. Mors his quor cū vita extinguuntur oīa/terribilis est. ideo multū terrere eos debet mors nec securi viuere debēt. Si eñ legimus horribilē ꝛ subitā mortē Sodomitarū ꝛ innumerabiliū malor mortuorū in historijs ꝛ legēdis ꝛ scripturis sctis. Quis assecurauit aut priuilegiauit malos q̄ sunt in statu hui? seculi ne similia patiātur. Exēplū est ad hoc ꝛ christi auctoritas Luc.xiij. Aderāt aūt quidā ipso tēpore nuntiātes illi de Galileis quor sanguinē miscuit Pilatus cū sacrificijs eor et respondens dixit illis. Putatis ꝙ hi Galilei pre cōmibus Gali

P Diffinitio.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

leis peccatores fuerint: qr talia passi sunt/ nō dico vobis. Sed nisi penitentiā habueritis: oēs simul peribitis. et sicut illi decem et octo viri supra quos cecidit turris in Siloa et occidit eos: putatis ꝙ et ipsi debitores fuerūt preter oēs habitātes Hierusalē. Nō dico vobis sed nisi penitentiā habueritis oēs simul peribitis. Sic Symeō ꝙ gaudēs recedendo cantauit. ¶ Tertia propositio. Nihilominus ex magnitudine virtutis iustoꝝ ⁊ desiderio essendi cū christo desideratur ipsa mors. Unde glos. ij. Pet. j. Sic est famulis dei perfectis carnis retinaculū exuere sicut viatoribus pro concesso itinere domū propriā adire. Sicut positus in expeditione prostrato hoste ad patriam redire. Sic Andreas gaudēter ibat ad crucē. Sic Agatha ad carcerem: sic Dorothea ad palmā: sic Petrus orabat populū vt nō impediret eius passionē. Sic Symeon qui gaudēs recedēdo cantauit. ¶ Tertio differēter moriūtur mali a bonis, Nam qñ moriūtur mali trāsferūtur de morte corporis ad mortē aīe. Ps. Transferētur montes in cor maris. i. superbi in amaritudinis eterne pfunditate. Sed sancti de morte corporis trāsferūtur ad vitā aīe ⁊ ad quietē eterne beatitudinis. Colos. j. Dignos nos fecit in partē sortis sanctoꝝ in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarū: ⁊ trāstulit in regnū dilecti filij sui. inde est ꝙ mors bonoꝝ dicitur somnus. iuxta illud Jo. xj. Amicus noster dormit. Et Ps. In pace in idipm dormiā ⁊ requiescā. Et iterū. Cū dederit dilectis suis somnū ⁊c. ij. Macha. xij. Qui cum pietate dormitionē acceperāt: optimā haberēt repositā gloriam. et Mat. ix. Nō est mortua puella sed dormit. ¶ Tribus aūt de causis dicitur somnus. Primo qr sicut dormiens tripliciter excitatur. s. ppria natura: tactu: et clamore: sic mortuus liberat̃ ppriis meritis pcedētibus: et bonoꝝ eleemosynis: q̃ cū manū porrigūt ad dandū eleemosynas quasi eū tāgūt et trahūt clamore oratiōis. Scdo quia eūtes ad lectū vestes deponūt quas post somnū agiliores ⁊ melius dispositi reinduūt. Sic morientes corpora deponunt q̃ in resurrectione melius dispositi cū dotibus reassumēt. Tertio qr cōiter q̃ plus laborauit meliꝰ dormit. Eccls. v. Dulcis est somnus operāti siue parū siue multū comedat. Sic q̃ plus laborauerūt in his que ad dei honorē ⁊ aīarū ptinēt salutē: meliꝰ morientur/ et melius post laborem quiescent. ¶ Quarto differēter moriūtur: qr mors bonoꝝ bona est ⁊ desiderabilis. iuxta illud qd optabat Balaā Nume. xxiij. Moriatur aīa mea morte iustoꝝ. Ps. Preciosa in conspectu dñi mors sanctoꝝ eius. sed mors malorū pessima est: iuxta illud Ps. Mors pctōrū pessima. ¶ Est aūt mors sanctoꝝ pciosa multiplici rōne. Primo qr pcio mortis christi empta. Ideo enī mortuus est dñs ꝓ seruo ne timeat seruus mori ꝓ dño ⁊ cū dño. Bernar. Iuste sibi vēdicat vitā meā qui ꝓ mea posuit suā. Scdo qr pcio magno emēda. s. vita eterna. Joan. xij. Qui odit aiam suā in hoc mūdo: in vitā eternā custodit eā. Tertio qr magnū preciū ꝓ ea req̃rit̃ ab his q̃ sctōs occiderūt vel occidi pcurauerūt. s. mors eterna. Quarto qr licet iudicio mūdi mors tpalis sit dānosa: quia oia tēporalia amittit homo. iuxta illud. Cū interierit nō sumet oia: tamen in iudicio dei est preciosa qr per eā recuperat bona infinita ⁊ perpetua. Quinto qr licet iudicio mūdi mors sanctoꝝ sit ignominiosa pcipue que a peccatoribus illata est: tñ iudicio dei preciosa est qr Eccli. xxiij. c. Magna est gloria sequi dñm. Sexto qr iudicio mūdi mors est res odibilis: sed iudicio dei est desiderabilis. Phil. j. Coarctor e duobus desideriū habēs dissolui et esse cū christo: et ideo dicitur preciosa in conspectu dei: non in conspectu mundi: cuius est iudicium peruersum. Sed ecōtrario: mors peccatoꝝ pessima. Mala quippe est in eis mors culpe. de qua Augu. Vera mors est quā hoīes nō timent. s. separatio aīe a deo. peior eis mors tpalis: qr est porta qua in infernum transeunt. sed pessima mors gehēne: cuius cōparatione mors tēporalis desiderabilis est. iuxta illud Apoc. xiiij. Desiderabunt mori: et mors fugiet ab eis: ⁊ nō solū mors eis est mala: sed etiā vita. Bernar. Vita sine fructu grauior morte ita ꝙ tāta est distātia inter statū bonoꝝ et maloꝝ: ꝙ bonis oia sunt bona: etiam illud quod malis esset malum: malis vero omnia mala sunt: etiam illud quod bonis esset bonū. Eccli. viij. Qui custodit preceptū nō experietur quicq̃ mali. Roma. viij. Scimus qm̃ diligētibus deū omnia cooperātur in bonū. Et Esa. iij. Dicite iusto: qr bñ supple quicquid ei acciderit: qm̃ fructū adinuētionū suarū comedet. Inter mala autē huius exilij pessimū videtur mors: et tamē iustis

Q Sōn?

R Preciosa

S Triplex

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

est bona et preciosa: immo sepe meritoria: quādo cū patientia eā suscipit faciēs de necessitate virtutē. Magnā em̄ gratiā sibi facit deus cū malū sibi non remouet: sed commutat in melius. sicut qui haberet dolium plenū vino corrupto potius eligeret illud ī bonuz cōmutari q̄ effundi. Sed quicquid agāt seruiētes diabolo maledictionē habēt super caput suum. pſ. Maledicti qui declināt a mādatis tuis: infelix est valde peccator cum oīa bona in manu eius quasi anihilētur: ⁊ q̄ esset in manu alterius aurum: in manu illius fit plūbum: ⁊ quod esset alij salus ei esset mors. Nec ꝓpter hoc reputāda est mors preciosa illius pctōris: qr in domo ornata ⁊ bene cōposita cum oībus necessitatibus suis in q̄bus sibi optime prouidetur moritur: paup vero sed bonus in loco ignominioso. Quia preciosior fuit mors Lazari in sterquilinio canib? ⁊ vlceribus circūdato q̄z diuitis mors in triclinio circūdato parietibus pictis ⁊ pānis sericis: ⁊ seruorum copiosa multitudine. ¶ Quinto differēter moriunt: qr iusti moriūtur pleni dierū non autem mali. Ān de Abraā ꝯr Beñ. xxv. q̄ mortuus est plenus dierū. pſ. Conuertet popu lus meus hic scz ad bonū ⁊ dies pleni inuenietur in eis. Mali vero non: qr de eis pſ. Viri sanguinum ⁊ dolosi non dimidiabūt dies suos. ⁊ Esaie. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meorum vadam ad portas inferi. sup quo glossa. Sancti implent dies suos/ Abraā em̄ mortuus est plenus dierū: peccatores in dimidio dierū moriuntur. Et si dicatur malos hoīes sepe diutiꝰ viuere q̄ bonos: expertū est. Respondet ad hoc duplicit er. Primo qr licet mali hoīes quādoq̄z diutius viuāt: tamē non dimidiant dies suos: qr quidā sunt qui nullos dies habent cum omnes perdiderint: ⁊ dies eorū sunt magis dies mortis q̄z dies vite: eo q̄ in illis diebꝰ occiditur aīa in corpore: ⁊ est cōtinua acquisitio mortis eterne: sed iusti cū bene viuunt satis viuūt: qr acquisierūt vnde viuere possunt in eternū. ideo ⁊ si paucū viuūt moriūtur tn̄ pleni dierū: qr dies eorum sunt pleni bonis operibꝰ: vbi dies malorū sunt vacui. In signum cuius vt recitat Damascenus in Barlaā: cū Josaphat quereret a Barlaā cuius etatis esset ⁊ respondisset. xlv. annoz. ⁊ tacuit. xxv. annos in q̄bus vixerat sequēdo vanitates seculi: et dixit ideo eos tacuisse: nec inter ceteros cōputare amplius: eo q̄ illos ꝑdiderat. Sic plāgebat Job. Job. vij. Habui mēses vacuos: ⁊ noctes laboriosas enumeraui mihi. Vel aliter ꝑm magistrū ī pſ. Alij em̄ moriūtur in Egypto: alij in deserto: alij in terra promissionis. In Egypto moriuntur: qui vsq̄z in finē vite in tenebris vitiorū perseuerāt: ⁊ ipsi non dimidiabunt dies suos: qr nunq̄ incipiunt bonos q̄ sunt dies vite. Sed q̄ in deserto moriūtur sunt qui de cōfusione pctī exeuntes errata ꝑ penitentiā emēdant: ⁊ isti dimidiāt dies suos qr dimidiū vite habēt. Alij qui moriunt in terra promissionis sunt qui a principio vite vsq̄z ad finē in innocētia perseuerant: ⁊ isti moriūtur pleni dierum. Hec tria genera hominū figurata sunt per ea que ostensa sunt Ezechieli scripta in volumine. Erant enim scripta carmē lamentū ⁊ ve. ⁊ dictum est ei vt deuorāret volumē. i. in mētis intelligentiā traijceret. Horum triū carmē cantant q̄ peccatorū lapsum non senserūt: lamentum qui a peccatis per penitētie lamentū resurgūt: ve/ qui peccāt ⁊ non penitēt: hec magister. Diceretur tn̄ melius q̄ qui in Egypto moriūtur sunt qui nunq̄ incipiūt dies bonos: sed semp maleviuunt. Qui vero in deserto sunt qui quādoq̄z exeūt de peccato: sz in vita sancta nō continuāt: ⁊ isti non dimidiāt dies suos; licet inceperint. Alij q̄ in terra ꝓmissionis sunt qui post malā vitā inciplūt dies bonos ⁊ pseuerāt: ⁊ isti dimidiāt dies suos imo semp moriūtur pleni dierū. dicat ergo pctōr penitēs sicut olim dicebat sanctus rex Ezechias. Ego dixi in dimidio dierū meorū vadā ad portas inferi: supple cōsiderandas: porte aūt ille sunt pctā quas considerat peccator: dū de ipsis cōteritur ⁊ cōfitetur frequēter ⁊c. quod si nō fecerit sed insistit lucris/ lasciuijs/ ⁊ tabernis: de eo potest dici illud Dañ. xiij. Inueterate dierum malorū: nunc venerūt peccata tua. i. nūc puniētur: de illis pōt intelligi illud pſ. Et irritauerunt ascēdentes in mare rubrū. irritāt enim deū suis malis operibus quando parati sunt ascēdere in amaritudinē mortis: et deberēt eum pacificare. ¶ Nota q̄ mors periculosius occurrit iuuenibus q̄z senibus propter multa. Primo itaq̄z mors ad senes curialius venit: qr eos premunit magis q̄ iuuenes ne iueniat imparatos. ꝑmittit em̄ nūtios certissimos: vt tussim/ faciē rigosaz: caniciē capitis/ q̄ ꝑm medicos est vexillum mortis; nasuz ⁊ vngulas liuidas/ ocl'oz ca-

T Pleni.

U Deserto.

X Ezechiel.

Y Porte.

Z Iuuenes.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

liginē: dorsi inclinationē: ⁊ totius corporis cū mēbris debilitationē. In ecclesiaste aūt Eccls vlti. tāgūtur decē nūtij: quibus premuniūtur senes. ¶ Primus est cōmotio et laxatio ossiū. Unde dicitur ibi. Cōmouebūtur custodes domus. Dom⁹ autē est massa corporis fragilis: ideo custode indiget. Fecit aūt natura dura ossa (vt dicit pbus) ad custodiēda mollia mēbra: sicut coste ad vētrem: ⁊ teste ad caput. Hec aūt cōmouētur qn̄ eorū iūcture laxātur. ¶ Secūdus est debilitas cruriū que pōdus corporis sustinēt Ideo sequitur. Nutabūt viri fortissimi: qr sicut fortes portāt pōdus belli: sic crura pōdus corporis: hi viri nutāt quādo crura tremūt. ¶ Tertius minuūtur dentes ad cibaria masticāda. Ideo sequit. Et otiose erunt molētes ī minuto numero. Molētes sunt due maxille que ad modum duarum molarū cōterūt cibū. ¶ Quartus obscurabūtur oculi. Ideo sequitur. Et tenebrescēt videntes p foramina ista: foramina sunt duo oculi. ¶ Quintus immobilitatio labiorū ad p̄nūtiandū. Ideo sequitur. Claudent in plateis ostia que sunt labia/ p que clauditur porta oris: que claudūtur in plateis qn̄ homo pre senecture non pōt alte loqui vt audiatur a multis. Ideo subditur. In humilitate vocis molentes. Sicut em̄ homo mouet maxillas ad cibaria cōterēda sic ad verba formāda. ¶ Sextus surditas. Iō subditur. Consurget ad vocē volucris. i. galli: qr nō pn̄t audire nisi alta de facili leduntur et excitantur. Ideo subditur. Et obsurdescēt oēs filie carminis. i. cōsonātie quas audire nō possunt. ¶ Septimus tremor corporis. Un̄ subditur. Excelsa quoq; timebūt et formidabūt in via. i. oia mēbra efficientur tremulosa: ideo senex pōt dicere illud Ps. Timor et tremor venerūt sup me ꝛc. ¶ Octauus canicies capitis: cū dr. Florebit amygdalus. i. canescet caput et barba: et hoc signū est debilitate virtutis cōtētiue humorū: ideo putrescūt humores ⁊ refrigescunt. ¶ Nonus est tumor vētris ⁊ aliorū mēbrorū: cū dr. Impinguabitur locusta. Impinguatio locuste est poti⁹ tumor q̄ vera pinguedo: et hoc in senibus est signū debilitationis caloris digerētis. ¶ Decimus est remissio libidinis: cū subditur. Dissipabitur capparis: que est herba que valet pro renibus: vt dicit hic glos. et cōfortat actū virtutis generatiue; et sm̄ Diero. in Debreo est nomē cōmune ad herbā ⁊ ad amorē libidinosum. i. dissipabitur capparis. i. feruor libidinis. Isti sunt decē nūtij quibus premunitur qn̄q; senex: vel aliquib⁹ istorū. Sed iuuenib⁹ licet qn̄q; mors nūtios p̄mittat nō tn̄ sunt ita certi nūtij: nec ita infallibiles sicut qui ad senes mittuntur. Mittit em̄ eis qn̄q; febres et diuersas infirmitates: iō periculosius ad istos q̄ ad illos venit: qr quādoq; subito qn̄q; ex īsperato. Sen̄. Mors senibus in ante: iuuenib⁹ a tergo est. Bern̄. Mors senib⁹ in ianuis: iuuenib⁹ in īsidijs: ideo multū timere debēt iuuenes mortem: qr quasi eos p̄ditiose ferit. Nō sic senes: ad oēs vero tā senes q̄ iuuenes. iō mittit de istos nūtios vt ei nosmetipsos volūtarie in bello isto reddam⁹: testamētū faciēdo: alienā restituēdo: vitā bn̄ ordinādo anteq̄ rapiamur: qr sicut videmus q̄ reges mitius agūt cū inimicis q̄ vltro se eius grē submittūt q̄ cū ijs q̄ vi capiūtur: ita deus mitius aget cū illis qui ante mortē se ei reddūt q̄ cū malis qui carnē delicate nutriēdo: ⁊ diuitias cōgregādo: tātū se cōtra mortis exercitū ⁊ nūtios eius ordināt: ⁊ quantū pn̄t se ad rebellādū instaurāt. Secūdo qr mors magis a longe p̄cutit iuuenes q̄ senes: et ita ex improuiso p̄cutit eos. Un̄ dn̄s vibrauit gladiū suū. s. mortis: contra nos arcum suū retēdit ⁊ parauit illum: ⁊ in eo parauit vasa mortis sagittas ꝛc. Senes em̄ quasi gladio: iuuenes quasi sagittis occidit. quia sicut q̄ occiditur gladio/ de ꝓpinquo occiditur: qr oportet q̄ sit iuxta occisorē. sagittis vero occidit q̄ multū distat ab occisore. Sic senes de ꝓpinquo occidūtur: qr sm̄ cōmunē hoīm opinionē multū ad mortē appropinquāt anteq̄ ab ipsa percutiātur. Iuuenes vero quasi de lōginquo: quia sm̄ cōem hoīm opinionē videntur multū distare ad quos tn̄ nūc sagittā ardentē. i. febrē acutā nūc hydropisim nūc apostema dirigit ⁊ occidit. Ps. Sagitte tue acute: populi sub te cadent. Tertio qr violētius p̄cutit iuuenes q̄ senes: qr sicut poma matura faciliter ab arboribⁿ cadunt vbi īmatura vi auellūtur: sic vita a senibus quasi sine magna pena separat ⁊ etiā sine timore: quēadmodū cādela deficiens sine magna difficultate moritur: sz a iuuenib⁹ ⁊ vi ⁊ timore auellet. Quarto qr citi⁹ mors p̄cutit iuuenes q̄ senes. Cōiter em̄ citi⁹ fragit pot⁹ nou⁹ q̄ vet⁹: eo q̄ nou⁹ sepe ponit ad ignē: ⁊ sic sepe rūpitur.

A Nūtij.

B Reddere.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vet⁹ ꝯo vt plurimũ ab ancilla in aliquo lo⁄
co reponiť plen⁹ pulueris vel cineribus:et
sic longi⁹durat. Sic ad ignẽ luxurie⁄gule⁄
cupiditatis et auaritie iuuenes sepe appro
pinquãt:ideo ꝑ malũ regimẽ cito frãgũtur
et ad mortẽ disponũtur. Senes ꝯo q̃ mul⁄
ta viderunt ⁊ experti sunt: non sic se varijs
epulis replẽt: sz vanitatẽ seculi hui⁹ cõside
rãtes:et fragilitatẽ suã quasi pleni essent ci
neribꝰ sobrie viuũt:iõ multo amplius du⁄
rãt. Citius qnqz scindiť arbor iuuenis ⁊ cũ
minori difficultate ꝗz vetus:⁊ ad forꝫ plus
veniũt pelles agnorꝫ ꝗ bidẽtũ:⁊ plus ven
dũtur carnes vituline ꝗz bouine. Ideo de⁄
bẽt iuuenes istã mortẽ multũ timere: et in
iuuentute incipere bñ agere nõ hoc senectu
ti contribuere:qꝛ vix facere põt bonã dietã
qui mane nõ incipit. Irridẽdus esset q̃ tũc
primo surgit ad operãdũ qn redeũdũ est: ⁊
tũc vadit seminare qn metẽdũ est. Timeat
ergo q̃ sic expectat ne subito veniat ira illi⁹
et a deo perdať.qꝛ Esa.xxx.scribiť. Subito
dñ nõ speratur veniet cõtritio illi⁹ ⁊ cõmi⁄
nuet:sicut cõteritur lagena figuli cõtritio⁄
ne pualida. Quãto em̃ lapis magis descen
dit ab alto:tãto cũ altiori impetu descẽdit:
et magis cõfringit ꝑsonã si descẽdat super
ipsam. Sic diuina sentẽtia quanto magis
venit de lõge ⁊ diuti⁹ expectatur⁄tãto ma⁄
gis ꝑcutit pctõrẽ et grauiorẽ ictũ immittit
in eũ. Quinto qꝛ licet plures sint miserie et
incommoda senectutis:sunt tñ aliqua sene
ctutẽ specialiter decorãtia q̃ in iuuenib⁹ nõ
inueniũtur. Primũ est ꝑfectior de diuinis
cognitio. Job.xij. In antiq̃s est sapientia.
Scõm de humanis ⁊ agẽdis melior deter
minatio. Job.xij. In his q̃ multo sunt tpe
est prudẽtia. Cũ em̃ experientia sit rerũ ma
gistra:⁊ senes plura fuerint erpti⁄iuuenes
pauca:hinc est ꝙ prudẽtiores sunt senes:⁊
difficulter in iuuenib⁹ prudentia reperitur.
Tertiũ est matura consiliatio. Iuuenes em̃
qꝛ sanguine feruẽt ꝓcipites sunt in cõsilijs
et etiã ꝓpter rerũ inexperiẽtiã. Senes au
tẽ magis pñt considerare pericula que con
tingere pñt. Ideo dñs non iuuenes sed se⁄
niores septnaginta instituí fecit ad iuuan⁄
dũ Moysen in regimine populi. Et Salo⁄
mon seniores habuit in ꝓsilio suo quoꝫ cõ
siliũ optimũ: qõ quia non est secutus Ro⁄
boã filius eius:sed cõsiliũ presumptuosum
iuuenũ⁄decẽ regni partes amisit.iij.Regũ
xij. Quartũ est reuerẽtie veneratio. Debẽt
essi senes honorari ab oĩbus qõ mandauit
dñs. Leuit.xix. Coram cano capite consurge.
Et apls.j.Timo.v. Seniorẽ ne increpaue⁄
ris:sed obsecra vt patrẽ:⁊ propter reueren
tiã quã habet ipsa etas:prudẽtiã ⁊ maturi
tatẽ aptius ponuntur in regimine q̃z iuue
nes. In cui⁹ figurã precepit dñs leuitas a
vicesimo anno ⁊ supra portare onera tẽpli
seu tabernacula. Alijs ꝯo annis supra vbi
incipit senectus seruare vasa tabernaculi.i.
custodire ⁊ regere aĩas que sunt vasa eccle
sie: ad recipiẽdũ gratiã deputata. Quintũ
est a passionibus sedatio:et precipue carna
lis cõcupiscentie. vnde Piero. Oĩa vitia cũ
senectute senescũt. Et Sap.iiij. Etas sene⁄
ctutis vita immaculata. Et hoc nisi quis fit
inueteratus dierũ malorũ ex cõtinuata as⁄
suefactione. Sicut fuerunt illi duo senes q̃
falso accusauerunt Susannã. de quib⁹ Esa.
lxv. Puer cẽtũ annorꝫ moriet.s.morte eter
na. Et Prouerb.xxij. Adolescens iuxta viã
suã ambulãs.s.sequẽdo appetitus suos:et
cũ senuerit nõ recedet ab ea. Sextũ est au⁄
gmẽtatio meritorꝫ. Quanto em̃ quis plus
viuit⁄tãto plura merita acquirere põt. Un
de Sap.iiij. Etas senectutis vita immacu⁄
lata supple debet esse:tũ qꝛ naturaliter pas
siones in ea mortificantur:tũ qꝛ ceterorꝫ.s.
iuuenũ exẽplũ debet esse: tũ qꝛ pedẽ habẽt
in fouea:ideo solicitissimi debẽt esse in ope
ribus religionis christiane.s.orare⁄visitare
ecclesias⁄frequenter cõfiteri⁄cõicare⁄predi
cationes audire. ¶ Sexto differẽter moriũ D
tur. Nã sancti et iusti expectãt mortẽ omni Sancti
die:et hoc multiplici rõne. Primo qꝛ in vi⁄
ta presenti aĩa in corpore manet: vt in loco
obscuro tedioso et periculoso cuiusmodi est
carcer. Tenebris em̃ inuoluimur: ait Job.
miseriis replemur et laboribus.iuxta illud
Eccls.ij. Cũcti dies eius laboribus ⁊ erum
nis:pleni sunt periculis:subijcimur mortis
criminalis ⁊ inferni: sicut qui stat in carce⁄
re multories est in periculo vite. ꝓpter qõ
aiebat Ps. Pericula inferni inuenerũt me.
Scõa ratio propter pleniorẽ ⁊ acutiorẽ dei
laudationẽ. Nõ em̃ aĩa cõfitetur deo ⁊ lau
dat ⁊ cõtẽplatur eũ sicut bene vellet ꝓpter
grauamẽ corporis. Unde Sap.j. Corp⁹ qõ
corrũpitur aggrauat aĩam:⁊ deprimit ter⁄
rena inhabitatio sensum mala cogitãtem.
Propter quod beatus Andreas pẽdẽs in
cruce orabat liberari ab hmõi onere corpo⁄
ris qõ aliquãdo a cõtemplatione impedie⁄

E Decorãtia.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

bat propter necessaria vite. Tertia est propter bonorꝫ consecutionem. Ps. Me expectãt iusti. s. in alia vita. Et Apoca. xiiij. Beati mortui ꝛc. Si beati: ergo omni bono pleni. Et Seneca. Mors timẽda nõ est quam immortalitas aĩe sequitur. Sicut aũt reposita est corona iustitie ijs qui diligũt aduentũ dei. s. per mortẽ. ij. Timo. iiij. c. sic timere habẽt mali de pena q̃ quasi inuiti migrant a seculo. quos Cyprianus reprehẽdẽs ait. Q̃ preposterũ quantũcꝫ puersum est vt cũ volũtatẽ dñi fieri postulemus: qñ vocat et accersit nos de hoc mũdo nõ statim volũtatis eius imperio pareamꝰ/ obnitimur et reluctamur: et peruicaciũ more seruorꝫ cũ tristitia ꝛ merore ante cõspectũ dñi ducimur: et volumus ab eo premijs celestibus honorari ad quẽ venimus inuiti. xiij. q. ij. q̃ preposterum. Sed dici posset quomodo mors iustorũ felix esse potest quibus sepe contingũt varij casus mortis: quidã enim subita morte intereũt: alij ignominiosa. he autem mortes quõ felices possent dici? Respõdetur primo q̃ nõ solũ malis/ sed etiã bonis varij casus mortis horribiles eueniunt. patet. Nã quidam ꝓpheta sanctus postq̃ ex dñi precepto reprehendit Hieroboã de idolatria sua: reuertens domũ in via a leone strãgulatus est. iij. Regũ. xiij. Josias innocẽs ꝛ optimus dei cultor in bello a rege infideli Egypti occisus est. Juuenis quidã in infirmitate graui constitutus acquisito dono oĩm linguarũ postea manibus et lacertis morsibus proprijs dilaniatus mortuus est. Grego. in. iiij. dialo. Similiter patet de illo sancto patre inuitis patrũ qui a bestijs comestus ꝛ laceratus est: et multa alia exẽpla adduci possent ex q̃bus mẽtes infirme aliqñ scãdalizãtur: existimãtes vel deũ non habere curã de suis electis: vel tales sic insuete ꝛ horribiliter moriẽtes non fuisse seruos dei sed grauissimos pctõres. Sed ij errãt nimiũ. Nã ꝟm Augu. mala mors dicenda nõ est quam bona vita precesserit. Necꝫ eĩ facit malã mortẽ nisi qõ sequitur mortẽ. Nõ itacꝫ multũ curandũ est eis qui necessario morituri sunt q̃d accidat vt moriãtur. Sed moriẽdo quo ire cogãtur. Augu. lib. j. de ciui. dei. Preterea cum ipse vnigenitus dei filius morte acerbissima et ignominiosissima fuerit cõdẽnatꝰ. Sicꝫ oportuit christũ pati et ita intrare in gloriã suã. tanto membra ipsius efficiuntur ei similiora: quanto horribilius ꝛ penosius mortem subierint. Nõ enim pepercit Baptiste suo nec Petro/ nec alijs apostolis et suis amicis. Narrat autem Vollrot supra librũ Sapientie/ q̃ cum quidam doctus vir et sanctus mortuus in studio suo fuisset repertꝰ: et ex hoc plurimi scandalizarentur de eius subitanea morte: inuenerũt manum illius defuncti seu digitũ in quodam libro aperto tãgẽtẽ versum vbi dicitur. Justus quacumcꝫ morte preuẽtus fuerit/ in refrigerio erit. Et ex hoc cõsolati et edificati sunt plurimi. licet enim seruis dei contingat quandocꝫ mors horribilis ob defectũ alicuius peccati: tamen cõmuniter minuta sunt illa peccata. Sicut accidit in morte illius prophete strangulati in quo ex vna parte ostẽditur clementia diuine bonitatis dum hic suos ad plenum querit purgare: ne vel purgatoriũ habeãt intrare. quod petebat Augu. dicens. Dñe hic vre. Ex alia parte ostenditur seueritas diuine iustitie q̃ dure scilꝫ puniet scelera magna: quando tam aspere sibi dilectos pro minutis correxit.

E Justorꝫ

¶ Vite terminus licet respectu actionũ humanarum: aut causarum secũdarum sit variabilis: diuine tamen dispositionis preordinatione prefixus et determinatus est: licet incognitus: qui scilicet terminꝰ vite sex causis prolixior ante diluuium q̃cꝫ post efficiebatur.

Capitulum. x.

Queritur vtrũ possit abbreuiari an prolõgari terminus vite? Videtur q̃ non: qꝛ Ps. Terminũ posuisti quẽ non transgrediẽtur. Et Job. xiiij. Cõstituisti terminos eiꝰ q̃ preteriri nõ poterũt. i. nec plõgari nec abbreuiari. In oppositũ arguitur quia p Esaiã dictũ est Ezechie. Morieris tu ꝛ nõ viues: ꝛ tñ additi sunt ad vitã eius quindecim anni. Esaie. xxxviij. Pro quo sit prima ꝓpositio. Per respectũ ad actionis humane variationẽ terminus humane vite ꝛ plongari ꝛ abbreuiari potest. Nã sicut bene vtens beneficio recepto meretur sibi augeri/ ita abutens meretur eo priuari: et ideo quia peccator male vtitur vita presenti meretur sibi auferri, iuxta illud quod dixit de quadã ficulnea infructuosa dñs eius cultori ipsius. Succide eam: vt quid etiam terram occupat? Luce. xiij. Et propter hoc

5 Terminus.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ūt Job.xiij. Dies mei breuiabūtur. ⁊ Eccls vij. Ne impie agas multum ne moriaris in tēpore non tuo. Exēpla patent Gen. vbi dati sunt centū viginti anni vite humane/ad hoc vt penitentiā agerent: sed qr homines abusi sunt addentes scelera scelerib⁹ subtracti sunt viginti anni ⁊ sic inūdauit diluuiū. Et Ananias filius Azarie falsus propheta qr predixit tāq̄ ex parte dñi loquens reuersionē Jeconie filij Joachim cū populo suo q̄ citissime de captiuitate Babylonica cui⁹ contrariū prophetauerat Hieremias ⁊ confregit catenas quas Hieremias ī collo portabat ex mandata dñi in signū plenioris captiuitatis future: dixit illi Hieremias. Quia cōfidere fecisti populū istū in mendacio/id circo hoc anno morieris ⁊ sic mortuus est. Hiere. xxviij. Et paruulus natus ex adulterio Dauid cū Bersabee propter peccatū ipsius Dauid ante octauū diem mortuus est. ij. Reg. xij. Ecōtrario vita bonorū meretur prolōgari. Eccli. iij. Qui honorat patrem vita viuet longiori. ⁊ Ezechie reuertēti ad penitentiā additi sunt quindecim anni. ⁊ multis patribus cōcessum est diu viuere ꝓpter probitatem ipsorū et vtilitatem aliorū qui ꝑm viā nature viuere non poterant. ¶ Et si queratur quomodo ergo poterant tot viuere ante diluuiū cum tamē eorū multi essent mali? Dicit q̄ Nicolaus de Lyra sup Gen. c.v. ⁊. vj. plures causas assignat. Prima est ex bonitate cōplexionis primorū parētum: fuerūt enim a deo in integritate formati et inde optime cōplexionati ⁊ sic ad lōgiorem vitam dispositi: dei em̄ perfecta sunt opera. Illa aūt bonitas magis descēdit ad hoīes ꝓpinquos illius tēporis q̄ ad alios. ¶ Secūda est ex modo viuendi: qr tēperate viuebant: nunc autē multum intēperate. ꝓpter qd ūt Eccli. xxxvij. propter crapulam multi obierūt. ¶ Tertia est ex bonitate nutrimēti: quia meliora fuerunt terre nascētia ante diluuiū: quia inundatio fuit ex aquis oceani ex magna parte: aque autē salse inducūt sterilitatē. ¶ Quarta est ex scientia Ade: qr habuit perfectā sciētiam omniū naturaliū plusq̄ quicūq̄: ⁊ sic potuit cognoscere virtutē herbarum ⁊ lapidū que valent ad conseruationē vite; ⁊ ipse docuit alios: hāc aūt talium doctrinā parū habemus. ¶ Quinta ex bono aspectu syderū super regionē illā: qr aspectus celi multū facit ad prolongationem vite. ¶ Sexta est ex diuina dispositione hoc ordinante: vt per longam vitā hoīm cito multiplicaretur genus humanum: ⁊ vt hoīes illius tēporis per longā vitā possent habere experientiā de cursu celi ⁊ effectu syderum ⁊ hmōi. ¶ Secūda propositio per respectū ad causarū secundarū siue naturaliū operationem vita hoīs prolongari ⁊ abbreuiari potest. Dicuntur autē cause secūde naturales influētie/dispositio aeris/cōplexio corporis/regimen vite/⁊ sic de alijs. Sicut em̄ videmus fructus meliores ⁊ durabiliores nasci in vno loco q̄ in alio ꝑm dispositionē terre ⁊ aeris: ⁊ aspectum celi ad tales arbores: sic ⁊ sanius ⁊ diuturnius viuūt homines in vno loco q̄ in altero ꝑm influentiā celi. vnde ⁊ de quadā insula circa extrema terre ūt q̄ hoīes ibi sanissime viuunt: ⁊ multū senescunt ⁊ vix mori possunt nisi ad aliā insulam transferātur. Docet etiā experientia: q̄ in ciuitate infecta peste moriētur centū in die: ⁊ in alia ciuitate propinqua et simili vel eadē alio tempore non moriētur decē/⁊ ab vtero matris plurimi adducunt diuersas infirmitates que vitā abbreuiant. vnde ⁊ de christo dño: qr erat optime cōplexionatus dicunt sapientes q̄ sanissime vixisset ⁊ valde diu naturaliter. Regimē vite si sit inordinatū vitā habet abbreuiare. Vñ Galenus ait. Athletas quorū vita ⁊ ars sagina est nec viuere posse diu nec sanos esse vt refert Hieronymus de cōse. di. v. nec tales. Ecōtrario regimen vite moderatū diuturnā vitam facit. vñ Chryso. Nihil sic salutem operat: nihil sic egritudinē fugat sicut moderata refectio. de conse. distin. v. nihil. ¶ Tertia propositio per respectū ad diuine dispositionis preordinationē terminus vite humane a deo sic est prefixus: vt nec prolōgari nec abbreuiari possit; qr dei prescētia et preordinatio infallibilis est. Cōtingit autem aliquē effectuz mortis vel infirmitatis vel alterius euētus aliter esse preordinatū a deo q̄ debeat procedere a causis secūdis: ⁊ tūc eueniet talis effectus: non scōm q̄ habet respectū a causis secūdis: sed ꝑm q̄ preordinatū a deo: ⁊ ꝑm hoc intelligitur illud Sap. iiij. De immatura morte iusti qui nō est ꝑm causas secūdas. Raptus est ne malitia immutaret intellectū eius: aut ne fictio deciperet animā eius. Et infra: placita erat deo anima eius: ideo festinauit eū educere de medio iniquitatū per mortē. Ecōtrario aliquādo contingit sicut mors Ezechie, q̄ vis

B Viuere

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ꝑm causas secūdas. s. dispositionē naturalem corporis ⁊ demeritū eius ꝓpter pctm̄ supbie: tunc euenire deberet qd̄ dixit Esa. xxxviij. Morieris tu ⁊ nō viues. Tamē qr in preordinatione diuina erat vt supuiueret adhuc quindecim annis ei additi sunt anni quindecim quib⁹ postea vixit Nec tn̄ Esaias dixit falsum Ezechie significās eū moriturū: qr ꝓphetauit hoc ex dei reuelatione ꝑm q̄ ille effect⁹ mortis erat in causis scōis ꝑm quem oīno erat mors futura reuelat eī deus aliqn̄ ꝓphetis suis aliqua nō simpliciter: ꝑm q̄ sunt futura: sed ꝑm ordinem quē habent ad causas secundas: ideo si aliter cōtingit q̄ dicant: nō ꝓpter ea dicunt falsum: vt dicit Tho. ij. ij. Sicut si medicus ꝑm oīa signa ⁊ regulas medicine predicit aliquez de sua infirmitate moriturū qui tn̄ nō moritur: deo mirabiliter eum sanāte. ⁊ astrologus predixit siccitatē vel inundationē multā futurā ꝑm influxū cōstellationuz. Si hoc nō venit: nō dicunt falsum: qr loquuntur ꝑm causas secūdas quas deus pōt īmutare vt placet. Aīn̄ legitur in vita beati Basilij q̄ vir dei posit⁹ in infirmitate qua mortuus est/ quendā Judeum noīe Joseph: medicinali arte peritū quem vir dei plurimū diligebat/ eo q̄ se illum cōuersurū preuidebat: quasi ei⁹ opera indigeret ad se vocauit: illeꝛo ex pulsus tactu ⁊ motu in venis mortez esse cognoscēs dixit familie: que ad sepulturā necessaria sunt preparate: qr cōtinuo moriet. Qd̄ Basilius audiens inq̄t. Nescis q̄d dicas. cui ille. Crede dñe: qr sol cū sole occidet: ⁊ tu cū sole occides. Cui Basilius/ quid dices si nō moriar hodie? Cui Joseph. Nō est possibile dñe. Cui Basilius. Et si in crastinuz vsq̄ ad horā sextā supuixero q̄d facies? At Joseph: si vsq̄ ad horā illā supuixeris faciam qd̄ hortaris. Tunc Basilius: lz ꝑm naturā ilico moritur⁹ esset: a dño tū inducias impetrauit ⁊ vsq̄ in crastinū in horā nonam vixit: qd̄ Joseph videns ⁊ stupēs in christū credidit. Basilius aūt virtute animi imbecillitate superās corpis d̄ cubiculo suo surrexit: ⁊ ecclesiā īgrediēs suis eū ꝓprijsmanib⁹ baptizauit. Postea ꝗo ad lectulū suū redijt ⁊ spm̄ statim deo faciliter reddidit.

B Esaias

¶ Quarta ꝓpositio q̄uis in diuina preordinatione certus sit ⁊ determinat⁹ terminus vite nostre: tn̄ certis ex causis voluit eum dñs nobis hūc esse incertū. ¶ Primo vt homo viuat purius: qr ꝑm Cyprianum Qualem te inuenit dñs cū vocat: talem te iudicat. de pe. di. j. c. Nūquid. Stultum est aūt viuere in illo statu in quo nollet mori quis. ⁊ cum de momento in momentū hoc possit accidere: ideo dz vigere ad pure viuendū ꝓpter hmōi incertitudinem. vnde ait dñs. Estote parati: qr nescitis diē neq̄ horā. Scd̄o vt hō operet cōmunius: ⁊ per ꝗns vtilius. Si em̄ sciret homo in breui se moriturū a multis bonis desisteret que cedunt in vtilitatem aliorū vt sibi soli vacaret: qd̄ tn̄ nō ꝗgrueret. Unde cuidā sancto viro quādo fuit ei reuelata mors ad certū tp̄s futura: dictū est ei: age qd̄ agis: opare qd̄ operaris. Grego. lib. dialogoꝝ: ⁊ in homilia. ¶ Tertia ratio vt cōuersetur homo humanius. Si em̄ q̄s sciret se diu victurū prosequereret odia ⁊ vindictas ⁊ iniurias Et si scirent hoīes se cito morituros multi nimis melancholice viuerēt ⁊ alios ex hoc amaricarent ⁊ attediarent. Due prime rationes sunt Thome in summa.

D Incertus.

¶ Infirmitates mortē naturalem precedētes patientiū menti ad sex vtiles possunt esse et satisfactorie ⁊ meritorie. Mors tn̄ naturalis de se nec est satisfactoria nec meritoria. Mors ꝗo violenter illata ꝓpter fidei aut veritatis ⁊ iustitie testimoniū: ⁊ cōfessionem est ex toto satisfactoria pro pctō sed violenter illata propter ppli liberationem: reipublice defensionez: aut a morbis violenter torquentibus/ nō ex toto est satisfactoria.

Capitulum. xj.

triduū comedere: post mortē vero filij a se cepit excludere tristitiā et plāctū ⁊ petijt ad comedēdū: interrogatus aūt a seruis quare hoc fecisset: respondit qr ante mortē eius forte potuisset impetrare a deo per plāctū suū sanitatē filij nō aūt post mortē: immo vt dixit ego magis vadā ad eū. ¶ Quarto aut sentit mortuus dolorē tuum/aut nō: si non sentit/torqueri te ille nō vult cum amicus tuus sit: ⁊ dolor immoderatus supuacuus sit. Si vero sentit/ ingratus es: cū ei deberes amore seruire: et desiderio non tormēto. vñ Eccli. xxxviij. Repelle tristitiam a carne tua: neqꝫ enim erit reuersio illius: et te pessimabis: tristitia enim maxime nocet homini: ⁊ cū hoc dū homo tāta tristitia absorbetur animū nō habet liberū ad orandū p eo quē luget: ⁊ sic nocet lugenti nec prodest defuncto. Unde quedā mulier incōsolabiliter lugebat filiū suū adolescentē nnper defunctū: quadā nocte in ectasi existens vidit magnā multitudinē adolescētū optime ornatoꝝ ⁊ vultu lucidoꝝ existentiū in gaudio magno ante se pretereūtiū. Illa aūt attēte prospiciebat si in ea turba videret filiū suū et nō erat. Paulisper vero expectās sequebatur a longe filius suus tristis et merens et madidus vt sibi videbatur: qui admirāti matri cur nō esset cū precedentib⁹ socijs respōdit. O pulchra mater: pulchra mater. Si tātū fleuisses sup pctā mea sicut fleuisti sup mortē meā fletu inutili: ego iā essem in illa pulcherrima societate quam vidisti: desine a tali fletu: et fac plāctū super pctā mea: ⁊ protinus associabor illis. ¶ Quinto quia in hoc diligere te nō ostendis eos eo ꝙ nō vis ea que volunt. Qui enim bñ mortui sunt nō vellēt huc redire: vt patet de Marcello quē suscitauit beatus Fortunatus. j. dialogo. c. xij. qui dixit beato Fortunato postꝫ suscitauit eū. O quid fecisti et ꝙ inde nolebat redire. Similiter de beato Germano q̄ vocauit diaconū suū qui defunct⁹ inhumatus erat: ⁊ petijt ab eo si vellet redire ad seculū: qō respuit sed quiescere petijt. Dolemus enim qr mūdum reliquerūt: sed ipsi magis cōdolēt sorti nostre quos adhuc seculi carcer includit: quos quotidie in acie pliātes: nūc ira/nūc auaritia/nūc varia incentiua vitioꝝ ptrahūt ad ruinā. Unde Seneca lib. de cōtēptu mortis. Multa cōmoda mortuū sequūtur: ait enim. Desinā egrotare posse; desinam alligari posse; desinam mori posse. Talis enim mors est exilij sui et peregrinationis finis: portus nauigationis: depositio veteris vestis ⁊ grauis pōderis: destructio carceris ⁊ solutio debiti naturalis. Unde ⁊ in legenda beate Agnetis dicit ꝙ ipsa mortua parētes eius nullā tristitiā habētes/corpus eius cum gaudio sepelierūt. ¶ Sexto qui amat defunctū ad deū vel in deo debet gaudere cū ipe bñ mortū: qr post mortē meliuserit in deo q̄z in seculo: qr per gloriā erit in deo qui prius erat in eo p gratiā. Ideo Apocal. xiiij. Beati mortui qui in dño moriūtur. Et qui amat eū ad deū gaudere debet cū vadit ad eū cū impleatur eius desideriū. Augu. lib. cōfessionū. Beatus q̄ amat te ⁊ amicū in te ⁊ inimicū propter te. Solus talis nullū charum amittit cui oēs in illo chari sunt. Te nemo amittit nisi qui dimittit. Unde et mors bonoꝝ potius est natiuitas q̄ mors: cū sit inchoatio vite beate et finis miserie: ideo mors sanctorū natale dicitur. Hinc Ouid. poeta censuit non esse lugendā mortē quā immortalitas cōsequatur: mors enim sanctoꝝ est traditio vestis de veteri sacco ei qui mutat eam in preciosam purpurā: vestis de sacco corpus est mortale. iuxta illud Ps. Cōcidisti saccum meum. Nō est aūt lugēdum cū res preciosa datur amico. ¶ Septimo si deus vult defunctum tuū accipere: quare vis eius cōtradicere volūtati? Tu petis oratione dñica: fiat voluntas tua: ⁊ tamen nō vis eā impleri. Nonne quelibet creatura est ipsius dei: iuxta illud Roma. xiiij. c. Siue viuimus siue morimur dñi sumus: ideo sicut nō debes tristari si is qui mutuauit aliq̄d repetit illud: sic nec de morte primi tui vel amici. Unde Hierony. Nil abstulit tuum qui dignatus est recipere ppriū. Tales enim qui sic lugēt inordinate cōiter sunt velut cāpanelle de horologio quando enim horologiū cadit: tūc pulsant et post casum statim silent. Sic qñ per mortē cadit amicus eoꝝ: tūc corā corpore flent sed post fletum istū statim cadit amici obliuio. Ps. Perijt mēoria eoꝝ cū sonitu. ¶ Quarta ppositio. Mors pueroꝝ et innocētū nō est inordinate lugēda ppter multa. Primo qr sicut dr Sap. iiij. Raptus est ne malitia immutaret intellectū eius: aut ne fictio deciperet aiam illius: sicut patet de puero de quo in vita Joannis eleemosynarij dicitur cuius pater predictū Joānē precib⁹ ⁊ eleemosynis induxit/vt p se et suis oraret: qui

Z Innocētes.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eum cito post in mari submersus fuisset pa
tri de hoc melãcholico cõtra predictũ Joã
nẽ reuelatũ fuit/ꝙ ꝓpter orationes beati
Joannis subtractus fuit anteq̃ mala face
ret que facturus erat si diu vixisset: propter
qõ preceptũ fuit ei ne amplius beatũ virũ
infestaret: sed ei gratias ageret. Unde ami
cus videns amicũ volentem de nocte ludere
ad tarillos vbi oĩa amitteret bene ⁊ amica
biliter cũ eo agit/cito extinguẽdo lumẽ ne
ludat. Sic deus amicus noster videns talẽ
iuuenẽ in posterũ plura mala facturũ gra
tiose agit cũ eo: cito extinguendo lumen vi
te eius anteq̃ cum mũdo ludat ⁊ dãna in
currat corporalia ⁊ spũalia: ⁊ finaliter ani
mam inde amittat. Inimici vero non extin
guunt lumẽ: sic nec deus hoc facit malis: ⁊
hec est causa quare mali sunt lõgeui: ⁊ qua
re vita impiorꝫ prosperatur. Hierem. xij. et
quare impius multo viuit tpe. Eccls. vij. c.
¶ Scdo hoc facit deus agẽdo misericordi
ter cũ amicis ⁊ parẽtibus: vel qꝛ eos tẽpo
raliter punit ad modũ dñi terreni: qui de
linquẽtes cõtra suã legẽ quãdoq̃ in corpo
ribus quãdoq̃ in rebus suis punit: vt pa
tet de morte filij Dauid: quem ex Bersabee
per adulteriũ genuit: vel qꝛ eos ammonet
vt semper sint ad mortẽ parati: vel qꝛ amo
rẽ illorꝫ dilectiones ad diuersa diuisas ad
se colligere nititur: ⁊ in alterum ascẽdere fa
cit: et ideo filiorꝫ ⁊ amicorum prescindit ra
musculos. sicut patet ꝑ confirmationẽ mu
lieris nobilis Romane Melania noĩe de
qua scribit Hieronymus/ꝙ mortuo mari
to anteq̃ sepeliretur mors vtriusq̃ filij ei
dẽ nũtiabatur: illa vero quasi fortis in bel
lo ait. Scio christe scio quid queris: totũ. s.
amorẽ meũ. Magnã em̃ partẽ dederã ma
rito/magnã filijs. Sed ex quo totũ vis ha
bere: iustũ est vt totũ habeas. Unde Ezechie
li pphete dictũ est ⁊ oĩbus in noĩe dicti ꝑ
phete Ezechiel. xxiiij. Fili hominis ecce tol
lo a te desiderabile oculorꝫ tuorꝫ: et nõ plan
ges neq̃ mortuorꝫ luctũ facies. Et locutus
sum ad populum mane: et mortua est vxor
mea vespere. Ecce q̃ habebat videre myste
ria dei/passus est ablationẽ desiderati sui
scꝫ vxoris. ¶ Tertio hoc deus facit qꝛ depo
sitũ suũ requirit. Nõ em̃ debemus dolere:
sed magis gratias agere: cũ quod mutua
uit quis/ si repetit. Unde de Catone legit
ꝙ nũtiãtibus ei quibusdã ꝙ filij eius mor
tuus esset: rndit memini me genuisse mor
talẽ. Ad hoc em̃ intrauit vt exiret. Unde Se
neca ad Lucillũ. Nõ affligitur sapiens libe
rorꝫ amissione nõ amicorꝫ: eodẽ em̃ aĩo fert
illorũ mortẽ quo suã expectat. Sua autem
mors sibi magis tristabilis esse debet quã
tamẽ ferre debet patiẽter. Unde ad quẽdã
dolẽtẽ de morte filij vel nepotis fertur qui
dẽ venisse ⁊ pulchrũ iocale custodiẽdũ tra
didisse vsq̃ quo illud repeteret: qui annuit
post paucos aũt dies illud repetijt: ⁊ alius
sine dolore tristitia et murmure reddidit.
Cui alius. Miror (inquit) multum in vna
re. Deus et ego apud te quo ad aliquid su
mus eiusdẽ cõditiõis. In hoc scꝫ ꝙ vterq̃
tibi tradidit pulchrũ iocale custodiendum
pro tradẽtis volũtate. Ipse. s. pulchrũ pue
rum et ego aurũ ⁊ deo depositũ suũ petẽte
murmuras: ⁊ me depositũ meũ petente nõ
contradicis: in quo facto tu contra rationẽ
agis. Sed debes dicere cũ Job Job. ij. Do
min' dedit dñs abstulit: sicut dño placuit:
ita factũ est ⁊c. ¶ Quarto hoc potest facere
deus propter vtilitaẽ parentũ. Multi em̃
dãnantur propter amorẽ amicorꝫ: quia ꝯm
Augu. super Gene. ad literã. sepe offendi
tur deus ne offendatur amicus. Multi em̃
dãnãtur propter filios vel vxores: ideo cũ
hoc sit tibi incertũ: an si vixisset filius tuus
fuisset causa dãnationis tue: ideo nõ debes
tristari. ¶ Quinta ꝓpositio. Minus in tẽ
pore noui testamẽti lugẽdi sunt mortui q̃
in tẽpore veteris. in veteri enim testamẽto
oẽs descẽdebãt in infernũ. Unde dicebat Ja
cob Gen. xxxvij. Descẽdam ad filiũ meũ lu
gẽs in infernũ. Nõ autẽ in nouo eo ꝙ iam
aperta sit ianua celi. Inde est ꝙ Moyses
moriẽs plangitur: Jesus aũt naue sine la
chrymis et funere in morte sepelitur: ideo
Moyses tenet typũ morientiũ in antiquo
testamẽto: Jesus in nouo. Nam vt dicitur
xxvj. q. j. multa promittebãtur in veteri te
stamento illis tãq̃ imperfectis que tẽpore
perfectiõis. s. gratie eliminata sunt: tũc em̃
imperfectorꝫ statũ repꝛesentabãt. Nũc autẽ
perfectũ statũ ostendit dñs vidue cũ clario
rẽ notitiã de bonis alterius seculi demon
strauit: ideo cõsolãs viduã nõ esse lugendũ
saltẽ immoderate cõclusit dũ dixit ei. Noli
flere. ¶ Sexta propositio. Mors malorũ q̃
male decedũt maxime lugẽda est. Unde Hie
re. xxij. Nolite flere mortuũ: plãgite eũ qui
egreditur nec videbit terrã natiuitatis sue
quasi diceret. Plãgẽdus est impius qui ab

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

hac vita egreditur ꝙ nec ad regionem spi-
rituũ beatorũ:nec ad deũ reuertitur:immo
vadit vbi erit fletus ⁊ stridor dentiũ. vnde
Eccli.xxij.Mortui luctus septẽ dies.Fatui
autẽ et impij oẽs dies vite illius.In cuius
rei signũ(vt dicit Ambro.)Dauid mortem
Absalonis lachrymatus est dicẽdo. Absa-
lon fili mi: quis mihi tribuat vt ego pro te
moriar.Absalon fili mi:nõ aũt filij innocẽ-
tis: qꝛ sciuit vnũ peccatorẽ et impiũ et aliũ
innocentẽ mortuũ.In hoc tamen modera-
ri potest luctus quia ꝯcitissime moriũtur/
tãcito terminatur eorꝛ nequitia. Vñ Chry-
so.super Homil.lxij. Nõ debemus peccato
rem mortuũ multũ lugere quia abscisa est
eius malitia:nec iustum quia exutus est de
incertitudine: nec iuuenem quia cito libera
tur:nec senem quia satiatus liberatur.

¶De infirmo exhortãdo/interrogãdo/ad-
uertẽdo/⁊ obseruãdis circa ipm. Ca.xxvj.

Nota ꝙ adstãte a:
ticulo mortis maxime debẽt p-
uidere amici moriẽtis vt cõsole
tur ipe moriẽs ⁊ hortetur ⁊ ad-
moneatur de salute sua.iuxta illud Ecclesia
stici.xxxviij.Cõsolare morientẽ in exitu spi
ritus sui.Si enim vt dicit magister Joannis
Gerso fideles amici curã maximam gerunt
corporis moriẽtis:multo magis curã gere-
re debent spiritus ipsius:et maxime in hac
extrema necessitate in qua fidelis ꝓbatur
amicus.¶Primo itaꝯ ꝑm eũdẽ debet hor
tari:et hoc quadrupliciter.Primo ad cõtẽ-
ptũ seculi huius:et hoc multipliciter. Pri-
mo dicẽdo sibi.Amice dilecte vel dilecta:cõ
sidera nos oẽs subditos esse potẽti manui
dei:et ipsius volũtati oẽs nos cuiuscũqꝯ cõ
ditionis aut status reges et principes:diui
tes ⁊ pauperes mortis tributũ soluere ne-
cesse est: ⁊ ideo cõformare vos debetis diui
ne volũtati q̃ vos vocat ⁊ deobligare vult
hac die et vocare in suum regnũ.Si enim vo
luistis tẽpore preterito vt vestri serui obedi
rẽt vobis et vellẽt que vultis: iustum est ⁊
equũ vos qui seruũ dei hodie profitemini/
hec eadem velle ⁊ sentire que deus vult.Et
ꝙ deus est amator hoĩs ⁊ qui propter nos
saluãdos venit in mũdũ: nõ mittit infirmi
tatẽ ⁊ mortẽ hoc tẽpore nisi propter salutẽ
et vtilitatem vestrã.Etiã venimus in hunc
mundũ peregrinorꝛ more:vt ex eo transeas-

Exhor tãdus.

mus ad patrẽ nostrũ benignum qui expe-
ctat filios suos ad se reuertẽtes:nõ vt mã-
sionẽ in eo stabiliamus quin potius vt be-
ne ⁊ meritorie viuẽtes ⁊ ipsi deo seruiẽtes/
horribiles inferni penas euitemus: et glo-
riã eternã habeam?.Qui enim renuit aut co-
acte reuertitur ad patrẽ suum qui vocat il-
lũ benigne ⁊ mãsuete:indignus est consor-
tio ⁊ hereditate ipsius.Preterea in hoc mũ
do plurima mala perpessus es: et pro vno
gaudio habito tria mala vel tribulationes
suscepisti. Debet ergo tibi gratus esse exit?
ab his malis vt ad regionẽ viuorꝛ in terra
viuentiũ:vbi oia bona abũdãt:vbi inebriã
tur ab vbertate domus dei beati.Igitur il
lic habitare festines: et toto cordis deside-
rio anhelesvbi bona tibi preparata sunt:q̃
nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in
cor hoĩs ascẽdit.Inde est ꝙ ista vana trãsi
toria et caduca que nec tecũ afferes curare
nõ debes/qñ deus in infinitum in meliora
cõmutabit.¶Scõo debet diligẽter ad gra
tiarũ actiones ⁊ ad amorẽ dei exhortari di
cẽdo sibi.Recognosce amice vel amica dili-
gẽter cũ gratiarum actione a deo tibi con-
cessa beneficia. Primo ꝙ ĩ hac extrema ho
ra tibi sui cognitionem dederit:nec te mor-
te subita preoccupauit sicut multis nõ con
cessit:⁊ de hoc ei gratias agas.Vide ꝯ di-
ligẽdus est bonus dñs qui sic te per totam
vitã nutriuit/erudiuit in fide sua et ab infi
nitis periculis ⁊ malis vsqꝯ in hãc diẽ libe
rauit: et adhuc te de periculis huius seculi
multo ampliori beneficio hodie ex toto te
vult liberare: et in eternã requiẽ collocare:
Qꝛ diligendus est talis dñs qui nec te dese
rit in hac necessitate:etiã vbi oẽs amici de-
ficiũt:⁊ dux tuus erit in aliam regionẽ tibi
ignotã. Qui propter te descẽdit in mũdum
factus pauper:et laborauit triginta annis
pro salute tua passus horribilẽ mortẽ vt ti
bi mortẽ tuã quam doles dulcẽ redderet ⁊
resurrexit vt te glorificaret:⁊ in celos ascen
dit vt locũ tibi prepararet. Cõsideratis er-
go tãtis beneficijs:vide quãtã dilectionẽ ⁊
amorẽ debeas ad eũ habere:quantas gra-
tiarũ actiones ei debeas referre:⁊ nunc re-
fer ei ex toto corde conatu et affectione. Et
exinde infirm? conetur quo ad poterit affe
ctũ suũ excitare ad deũ:⁊ de oĩbus his gra
tias offerre ⁊ cõsiderare ꝙ bonus dñs his
qui recto sunt corde. Multa alia circa hoc
possent peramplius dici q̃ discretioni adsi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

stentiū derelinquūtur ampliāda. Tertio debet exhortari de spe in deū tota ponēda/dicēdo. Amice vel amica necesse est ī hoc trāsitu cōfidere in dño deo: qui vos cōducet mediantibus angelis suis lucis. Nō sit vestra spes aut confidētia in homine qui vos possit liberare: qz nemo est qui de manu domini possit eruere: sed in solo deo: quia beat⁹ vir qui sperat in eo. Nec inimicis vestris cōfidatis/sed in deo. Nā et opera vestra plena sunt imperfectione: ⁊ si que valeāt apud deū/ hoc est ex dignātissima bonitate eius que ea appreciat quantū sibi placuerit: ⁊ q̄ ab eo processerunt: ideo necesse est vos sperare et confidere in eius mīa nec aliquid ex vobis sufficere: sed humiliari sub eo de cōmissis criminibus abs te veniā humiliter poscens: et ita debes confidere in eo ꝙ tibi non denegabit si ex toto corde petieris: ita em̄ canit articulus fidei quē credere debes scz remissionem peccatoꝝ. ¶ Quarto debet exhortari de patiētia dicēdo. Amice solicite cogita te in vita tua plurima delicta ppetrasse de quibus penam ferre meruisti: propter qd̄ huius infirmitatis ⁊ mortis dolorē patiēter tolerare debes: rogās deum vt presentis dolozis acerbitas remissionē operetur tuoꝝ pctōrū et purgatorij horribilis cruciatus in hāc afflictionē tuā per suā misericordiā cōmutetur. Tolerabili⁹ nāq̄ est hic presentialiter q̄ in futuro puniri: qd̄ si sic cōtrito corde petieris/penā necessariam tāq̄ volūtariā feres: ⁊ omnē culpā et forte omnē penā remittet deus/certusq̄ paradisum introibis. Alioquin p impatiētiā eternā dānationem incurres. Preterea maiora tormēta demeruerūt pctā tua. Ideo cōsiderare debes gratiā quā tibi dñs facit quādo illa magna mala ī hec parua ⁊ breuia trāsfert. Statim em̄ finem apponet doloribus tuis. Scis em̄ deū iustū esse et apud eū nihil preterire inultū: ideo si vlciscatur tui in hoc mundo ⁊ nō in alio: magnā tibi mīam facit. Hoc em̄ petierūt sancti viri: vt Augustinus: Gregorius: Chrysostomus: et multi alij. Et ita qd̄ magnis precib⁹ obtinuerunt: deus tibi gratis concedit quare debes patiēter tolerare. ¶ Quinto debet hortari vt ad suā cōsciētiā se cōuertat: meditādo in ea si quid sit qd̄ deū offendat dicēdo sup omnia in hāc extremā horā constitutus meditare circa tuā spiritualē salutē. Nūq̄ enim fortassis in futurū huius meditationis cōtinget opportunitas: omnē aliā solicitudinē et rerum terrenarū curā relinque: quas relinqui necesse est que etiā nec ab infirmi precipitio corruentē eripere valēt: et ei qui omnipotēs est bonus et sapiēs te et tua et tuoꝝ regenda prebe. Omnē preterea cogitatū in eum dirige adstantes solūmodo et superstites rogans vt pro salute tua deum precibus exorent. Dedit enim tibi tempus vite preteritum vt tuam salutem opereris: et ad eam cogitares. Si vero circa hoc negligenter egisti adhuc tardat dñs pauculū temporis restantis vite tue vt ad eā faciendam et cogitādam te conuertas: vsq̄ enim ad extremū spiritum paratus est dñs si peniteas te misericorditer suscipere. Ad hoc enim manus suas habet extensas vt quoties ei per veram penitentiā occurreris velut filius prodigus ad piū patrem: post innumera flagitia te misericorditer suscipiat et amplexetur: ideo ne differas ad eum cōuerti. ¶ Secūdo interrogandus est defunctus de multis et multipliciter. Interrogandus. Primo de fide dicendo. Dilecte aut dilecta vis mori ⁊ viuere in soliditate fidei christiane tāq̄ dei et domini nostri Jesu christi verus fidelis et obediēs sancte matris ecclesie filius. Et respondere debet/volo. et si opus sit recitetur vulgari sermone symbolum fidei: et ad omnes articulos respondeat si possit ꝙ ita credit: et si forte qd̄ absit infirmitatis causa vel inimici illusione: aliter phantasie occurrerit q̄ fides iudicet: illud reuocat et p nullo haberi vult: sed in illa fide vult reddere spiritum. Et potest ei ostendi quomodo in illo lumine fidei et solum per illud trāsitur ad lumen eterne glorie. iuxta illud Ps. In lumine tuo videbimus lumen. ¶ Secūdo de spe venie dicendo. Petis a deo veniā peccatorum tuorum cōmissorum ⁊ omissorum ⁊ ꝙ contra eius amorem maiestatem atq̄ bonitatem egeris: nec eum prout debebas honorasti: et respōdeat/peto. ¶ Tertio de proposito suo dicēdo. Habes tu syncerum propositum et explicitam voluntatem vitam tuam in melius commutare et corrigere: et de cetero a peccatis abstinere: si vita comes superfuerit: et respōdeat/habeo. Et ostendat tunc quomodo penitētia non est deo grata nisi cum tali proposito: et ꝙ pax deo facienda est et non treuge. Deinde super hoc interroget. Rogas etiam deum vt tibi gratiam det: hoc propo-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſitum continuādi ⁊ nō recidiuādi veramq; contritionē habendi. ¶ Quarto de cōſcientia ſua interrogādus eſt dicēdo. Es tu conſcius tibi ipſi alicui⁹ mortalis criminis de quo nō ſis cōfeſſus? Optas ne etiā cor tuū illuminari ad oblitorum criminū ſi que ſint habendā notitiā: ⁊ tu libenter ea confiteris ſi ſupuenirent ad tui notitiā: ⁊ ſi aliquē ſcrupulū vel aliquod dubiū habeat in conſciētia q̄ illud reuelet. ¶ Quinto interrogādus eſt de amore chriſti. Indulgeſne corde oībus qui nocumentū intulerūt ob reuerētiā ⁊ amorē dñi noſtri Jeſu chriſti: a quo et veniā ſperas ⁊ ſi⁹ petis indulgeri tibi ⁊ remitti ab his quos verbis aut factis leſiſti. Et tūc ſi qui ſunt p̄ſentes quos offendit poteſt eis vel tacite vel publice vt placuerit veniā poſtulare ⁊ generaliter ab oībus in generali. ¶ Sexto interrogādus eſt de his q̄ ſpectāt ad reſtitutionē/dicēdo. Vis ablata per te reſtitui integraliter quantū ad id teneris iuxta tuarū facultatum valorē etiam vſq; ad oīm bonorū tuorū ceſſionē ⁊ renuntiationē: vbi als ſatiſfactio fieri nō valeret. Et corā deo et hoībus veniā iniurie petis. Ad quas interrogationes affirmatiue debet egrotus reſpōderevolo. ¶ Tertio debet aduerti infirmus de orādo deū ⁊ ſanctos. Et primo dicat infirmus orās ex corde deū. Deus meus piſſime pater. In man⁹ tuas cōmendo ſpiritū meū. Pater miſericordiarum miſericordiā fac huic paupercule creature. Adiuua me nūc/etiā in hac vltima neceſſitate: ſuccurre dñe iā anime egēti ⁊ deſolate vt nō a canib⁹ infernalibus deuoretur opera manuū tuarū dñe ne deſpicias: quin immo operi manuū tuarū porriges dexteram. Dulciſſime Jeſu ob honorē et virtutē tue benedicte paſſionis iube me recipi ītra numerū electorū tuorū. Saluator meus et redēptor reddo me totū tibi nō me renuas Ad te venio non me repellas. Dñe paradiſum tuū poſtulo non ob valorē meorū meritorū: ſed in virtute ⁊ efficacia tue benedicte paſſionis per quā me miſeru⁹ redimere voluiſti ⁊ mihi paradiſum precio tui ſanguinis emere dignatus es: ipſum mihi cōferre feſtina propter quē nec tue diuitie aut tua potētia minuentur: nec ipſe paradiſus anguſtior aut minor inuenietur. ¶ Secūdo ſalutet beatiſſimā virginem Mariā dicendo Regina celorū mater miſericordie: refugiū peccatorū reconſilia me vnigenito filio tuo eius clementiā pro me indigno interpellā: vt ob amorē tui mea remittat crimina. Dicat inſuper illud vel equiualēs. Maria mater gratie mater miſericordie: tu nos ab hoſte protege ⁊c. ¶ Tertio angelos ſuis precibus inuitet dicēs. Spūs celorū angeli beatiſſimi miniſtri dei aſſiſtite queſo mihi migranti ex hoc ſeculo ⁊ potēter eripite me ab omniū aduerſariorū inſidijs ⁊ animā meā in veſtrū conſortium aſſumite. Tu precipue angele bone cuſtos meus. ¶ Quarto inquiratur ab infirmo cui ſanctorū vel ſanctarū magis deuotus extiterit: vt illi preces offerat dicendo. O glorioſiſſime ſctē vel ſancta ſingularem in te dū viuerē ſpem ⁊ confidētiam repoſui ſuccurre nūc mihi in hoc extremo neceſſitatis articulo laborāti: nūc auxilij ſupra modū tēpus inſtat ⁊ hora/iam in adiutoriū meū intende ⁊ ſic de alijs q̄ poſſunt obſeruari. ¶ Quinto ſunt aliqua obſeruāda circa egrotū. ¶ Primo: ſi patiēs nondū euchariſtiā aut extremā vnctionē ſuſceperit interrogef: an eadē ſacramenta deuote paratus ſit recipere. ¶ Secūdo ſi moriturus prolixum tēporis ſpatiū ad ſuā recollectionē habeat vt nō morte ſubita preueniatur: legēde forent corā eo ab aſtātibus hiſtorie ⁊ orationes deuote in q̄bus ſanus ⁊ viuens amplius delectabatur: vel recēſenda eſſent diuina precepta vt profundi⁹ meditetur ſi quid aduerſus ea negligēter oblitum deliquerit vel ſi⁹ is corā eo inſtructio recitetur. ¶ Tertio ſi patiēs vſum loquēdi perdiderit: habet tñ ſanā ⁊ integram notitiā ad interrogationes ſibi factas: vel orationes coram eo recitatas ſigno aliquo exteriori vel ſolo cordis cōſenſu reſpōdeat: hoc em̄ ſufficit ad ſalutē. ¶ Quarto preſentef infirmo imago crucifixi vel alteri⁹ ſancti quē ſan⁹ ⁊ incolumis venerabaf ſpecialiter. Sit etiā ibi aqua bñdicta aſpergenda ꝓpter preſentiā malignorū ſpirituū: ⁊ cū ad tractus mortis puenit: iuuetur quo ad poſſibile erit orationib⁹ aſſiſtentiū. ¶ Quinto nullaten⁹ aut minime ſi fieri poſſit morienti amici carnales vxor ⁊ liberi: vel diuitie ad memoriā reducanf: niſi inquātū id exigit patiētis ſpūalis ſanitas ⁊ dum als id omitti cōueniēter nequit. ¶ Sexto non detur infirmo nimia ſpes corpalis ſalutis cōſequēde: ingeraf potius eidē prima monitio ſuperi⁹ explicata. Sepe nāq; per vnā talē cōſolationē inanē falſam ⁊ incertā ſanitat⁹ corporee cōfidētiā

D Aduertendo.

P Obſeruanda.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

certã incurrit hõ dãnationẽ. Quinimo hoc tãdus est patiẽs vt p contritionẽ ⁊ cõfessionẽ aĩe sanitatẽ pcuret qõ ⁊ ad salutem corporis si sibi fuerit expediẽs valere poterit ⁊ inde securior atq; cõueniẽtior erit: et melius poterit puidere sanitati. Vñ et papa p expssam decretalẽ cuilibet medico corporis districte pcipit ne cuiq; egroto corporeã cõferat medicinam priusq; de spũalis medici cõfessoris. s. requisitione eũdẽ monuerit.

¶ Sepultura primis impẽdẽda mortuos parentes simul cõprehẽdẽs decẽs ⁊ honesta/ sumptuosa ⁊ magnifica: trib⁹ obseruatis nõ cõtẽnẽda: ĩmo licita et vtilis. Diuis ad quatuor: defunctis in quatuor: dãnatis tñ inutilis ⁊ infructuosa. Capitulũ. xxvij.

Q Cadauer.

Queritur vtrum liceat hoĩ curare de suo cadauere mortuo vt honorifice sepeliat?

Et videt q; nõ: qr cũ sit cib⁹ vermiũ ⁊ saccus stercor de tali nullus sapiens curaret sic q; ibi magnificã domũ cõponeret: igit. Ad hoc respõdẽdũ est p ḋnq; ppositiones. ¶ Prima est. Sepultura vel sepulcra parẽtũ mortuor vel amicorũ: vel eor q̃ bñ vixerũt etiã magnifica ⁊ sumptuosa nõ sunt contẽnẽda: sed q̃nq; licite fieri pñt. vt pbat Augu. multiplr. j. de ciui. dei. c. xij. et xiij. ¶ Primo qr corporib⁹ taliũ vsus est spiritussanct⁹ ad bona opa faciẽda tãq; organo. Si aũt organa malor q̃b⁹ operati sunt malũ in christũ ⁊ martyres honorifice recõdita sint: puta crux/ lancea/ claui ⁊c. sequit q; a fortiori organa spũsctĩ corpora sanctorũ debẽt magnifice recõdi. Sapiẽs em artifex vult q; sua instrumẽta saluo loco recõdãtur. ¶ Scõo hoc idẽ probat. anulus aureus vel gẽmat⁹ ⁊ diuitie relicte a precessoribus: a successorib⁹ ipsor honeste tractant custodiũtur ⁊ reponuntur. Si ergo diuitie ita custodiãtur a successorib⁹: dignũ est ⁊ iustũ vt corpora q̃b⁹ debẽt maiori amore affici in loco sacro ⁊ honesto: honeste ⁊ magnifice recõdãtur cũ etiã ipse aliqñ sint de eor substãtia. ¶ Tertio hoc pbat: qr antiqui patres siue patriarche multũ fuerunt soliciti de sepultura sua magnifica. vnde et Jacob fecit se ab Egypto in terrã Chanaã deportari: et ibidẽ sepeliri: licet hoc multis expensis propter itineris lõgitudinem cõparareturr. Si ergo hoc sancti patres fecerunt nec in hoc reprehendũtur: nõ est magnifica sepultura paruipẽdẽda. Vnde et Joseph⁹ recitat lib. xiij. de antiquitatib⁹. c. xv. q; Salomõ rex in sepulcro Dauid cũ corpore patris sui reposuit pecuniã multã: cuius thecã primo Hircanus aperuit: ⁊ de vno loculo extraxit tria milia talẽtor eo tẽpore quo rex Antiochus obsidebat ciuitatẽ Hierusalẽ: ⁊ postea Herodes aliũ loculum extraxit. ¶ Quarto pbat: qr laudãtur Joseph et Nicodemus qr honorifice sepelierũt christũ: ⁊ etiam dñs Magdalenã laudauit ex eo q; effudit vnguentũ preciosum in sepulturam eius: signũ est igitur hoc nõ esse vilipendẽdum. ¶ Quinto hoc idẽ pbatur a doctore sancto in. iiij. dist. xlv. q. ij. art. iij. q. ij. qr naturaliter inest viuenti quedã solicitudo sue carnis: est em caro pars nature hoĩs: ideo naturaliter homo ad carnẽ suam afficitur. Ephes. vj. Nemo vnq; carnem suã odio habuit: ideo sm istũ naturalẽ affectũ inest viuẽti quedã solicitudo: qõ etiã post mortem de eius corpore futurũ sit. Sed que natura dedit nõ sunt omnino contemnẽda: igitur. ¶ Sexto aliũde prouocatur: qr sm Aristo. vij. Polit. in Hispania antiquit⁹ mos erat et lex: vt quicũq; strenuus pugil in plio cũ sepeliebatur mortuus: ad magnificãdũ eũ in sepulcro suo tot ponebantur imagines sculpte ⁊ erecte quot homines superauerat aut ĩ bello occiderat. Si igitur hec faciebãt pagani et infideles suis q̃ certabãt p terra quãto magis faciẽdũ est hoc sanctis q̃ per fidem vicerũt regna: ⁊ adepti sunt eternas repromissiones. ¶ Scõa ppositio. Fidelis quilibet curare debet de sepultura primi sui. Nã ad hoc primo nos mouere debet naturalis pietas: quos em in vita dileximus nec in morte vel post obliuisci debemus q̃n ficut eis seruiuimus et obsequiosi fuim⁹ in vita: ita ⁊ in morte inueniamur. Ad exemplum dñi. Jo. xij. qui cũ dilexisset suos qui erãt in mũdo etiam in fine dilexit eos. Hoc em est vltimũ beneficiũ qõ eor corporibus exhiberi potest. In signum huius reputati sunt crudeles et tyranni qui corpora hoĩm inhumata iacere preceperunt. Ps. Posuerunt morticinia seruor tuor escas volatilibus celi: carnes sanctor tuor bestijs terre. ¶ Scõo ad hoc nos debet monere exẽplũ angelor qui ita curã habẽt de natura anime sibi cõsimili: vt quomodo deducãt eam ad locũ quietis sue se preparant. Luce. xvj.

R Sepultura.

S Proximus.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Lazarus mortuus portatur ab angelis in sinu Abrae: ita similiter nos debem⁹ curare quō natura corporis fragilitati nr̃e similis honorifice sepeliat: immo angeli qñ alij nō sunt qui sepeliāt corpora curā habēt de sepeliēdo: vt patet in corpore Catharine et in passione Agathe cuius sepulture angeli titulū imposuerūt. ¶ Tertio ad hoc nos debēt mouere exēpla sanctoꝝ patrū antiquorū: vt patet de Tobia qui propter sepulturas prādiū dimittebat: nec propter mortis periculū hoc facere omittebat. Unde ⁊ ꝓpter hoc ꝓmeruit deū. ¶ Quarto quia hoc opus a malo preseruat: exēplum. iiij. Reg. xxiij. de pseudo ꝓpheta: qui qꝛ sepeliuit occisum a leone prophetā/seruatur Josie tpe a cōbustione ossiū suoꝝ. Ad hoc recitat Valerius exēplū lib. j. c. v. de Simonide poeta: qui cū nauigando per mare ad portum quēdā arenarū applicuisset: inuenit quendā mortuū hominē in arena proiectū: et cū oēs eū dimisissent compassus mortuo eū sepulture mādauit. Nocte sequēti apparuit ei mortuus ille quasi gratias agēs et mandās ei ne cras se nauigio cōmitteret: monitus somnio non se in crastinū cōmisit nauiet in cōspectu eius in tempestate maris sui socij obrupti sunt. Hoc autez ei contigit ex mia quā mortuo sepeliēdo egerat. ¶ Quinto ad hoc debet mouere meritū: ex hoc em cōsequitur homo benedictionem a dño. ij. Reg. j. dixit Dauid viris Jabes. Benedicti vos a dño qui fecistis hāc mīam sepeliēdo scz Saul: et non solū spūalē benedictionē: sed etiā tēporalē merētur. Nā vt dicitur libro. xij. histo. tripar. c. vij. Maximian⁹ monachus presbyter vir idiota sermone: qꝛ tñ reuerēdi viri opinionē habebat: ⁊ quia ꝓprijs sumptibus monumēta fabricabat vt in eis religiosoꝝ corpora sepelirentur: ordinatur post Nestoriū Cōstantinopolitanus eps. ¶ Sexto qꝛ hoc op⁹ summe deo ⁊ angelis placet: deo quidē quia vēdi non recusauit vt vēditionis sue preciū in emptionē agri figuli transiret vbi peregrini sepelirētur: angelis vero qꝛ hoc op⁹ specialiter corā dño tāq̃ sibi gratissimū repꝛesentāt: ita dixit angelus Tobie Tob. xij. Qñ abscōdebas mortuos in domū ⁊c. ¶ Tertia ꝓpositio. Sepulcrū vel sepultura magnifica vtilis est viuis ⁊ defunctis tribus obseruatis. ¶ Prio ꝙ hec sepultura de alieno nō fiat. Abac. ij. quia lapis de pariete clamabit: et ideo ibi vir quiesceret. s. in talib⁹ sepulcris. ¶ Scdo ꝙ hec magnificentia ⁊ sumptuositas sepulcri nō fit propter pompā ⁊ gloriā: qꝛ licet hoc forte prodesse posset viuis p accidēs inquātū corda adsistētiū moueret ad cōpassionē: tñ his qui hec facerēt noceret. Sepe enim edificatur equo magnū stabulū ⁊ magnus apparatus cuius aīa sepelietur in infernū. ¶ Tertio ꝙ ꝓpter hoc bonū magis necessariū nō omittatur: vt si ꝓpter sumptuositatē sepulcri nō subleuaret pauperū necessitas. Plus em̄ ordine charitatiuo pensare debes de corpore et aīa fratris tui viuētis q̃ de cadauere corporis tui. Si etiā interueniret cōfessio nōis christi: vt patuit in martyribus Lugduni/dimittēda esset solicitudo sepulcri. Unde ⁊ plures martyres ꝓ christi nōe contēpserūt sepulturā: vt patet in historia ecclesiasti. lib. v. c. xxiij. de mattyribus Lugduni sub Seuero imperatore. Ps. Effuderūt sanguinē innocentē in circūitu Vierusalē: ⁊ non erat qui sepeliret. Unde Aug. lib. de cura ꝓ mortuis agēda dicit de corporib⁹ martyrū expositis canibus: ꝙ nō ob aliud credēdum est diuinitus fuisse permissum nisi vt discerent christiani cōfitēdo christū dñ cōtēnūt hāc vitā multo magis cōtēnere sepulcrū. ¶ Vis cōditionibus obseruatis sepultura magnifica est vtilis viuis et mortuis: primo viuis ad quatuor. Primo ad solatiū viuorū. Unde Augu. lib. de cura ꝓ mortuis. circa pn̄: Curatio funeris: cōditio sepulture: pompe exequiaꝝ magis sunt viuoꝝ solatia q̃ subsidia mortuoꝝ: vtile em̄ est tristibus aliq̃d solatij accipere: qō fit cum omnia circa amicos facta sunt honeste ⁊ magnifice. Secundo qꝛ talis sepultura erudit viuos. Un̄ Augu. lib. j. de ciui. dei. c. xij. Tobias sepeliendo mortuos deū promeruit vt illud salubriter discatur quāta possit esse remuneratio pro eleemosynis quas viuentibus exhibemus. Si nec hoc apud deū perit qō exanimis corporū mēbris exhibetur. Tertio adstruit fidē resurrectionis. Multū enim debet honorari corpus qō quandoq̃ ita gloriosum apparebit in celis. Si em̄ in tali corpore resurrectionem nō expectaremus pro tā vili cadauere ⁊ esca vermiū: tātas expensas nō nisi fatue faceremus. Un̄ glos. Deu. xj. dicit ꝙ sancti patriarche voluerūt in terra ꝓmissionis sepeliri: qꝛ in ea terra preuiderūt christū nasciturū/moriturū/ ⁊ resur-

U Utilis.

T Obseruanda.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

recturum vt cum eo resurgerēt. et illud dicit Nico.de Lyra in fine libri Beñ. Quarto mouet mētes ad sue fragilitatis considerationē et ad penitentiā peragendā/ & vitam mutādā in melius. Inde dicitur monumētū quasi mouēs mentem: vnde et malis et incorrigibilibus apud expertos cōfessores summū remediū est iniūgere si velint acceptare vt sepe sepeliāt mortuos. per hoc eñ redeūt facile in seipsos ad considerandum quales sunt & quales erunt. ¶ Scdo vtilis est mortuis in quatuor. Primo qr cū qs videt monumentū mouetur ad cōpassionē: & tūc oratur pro sepulto. Secūdo qr q̄ disponit de hmōi sepultura in aliquo loco sacro: constituit sanctū illius ecclesie quodāmodo patronū sepulti: ideo quodāmodo iuuatur ab eo. Tertio qr in loco sacro orationes a sacerdotibus fiunt specialius p̄ defunctis in ecclesia sepultis: ideo peculiaribus orationibus quodāmodo magis iuuātur. Quarto quia ornatus sepulture pauperibus p̄dest qui ex hoc aliquem fructū accipiunt: et sic p̄ defunctis orāt: quia eleemosyna quodāmodo orat pro defuncto. ¶ Quarta propositio est si sepultura p̄sit mortuis in christo: nō tamē his qui dānati sunt. s. q̄ in loco sacro sepeliātur. Hoc multipliciter ostendit Grego.in.iiij.dialo.c.j.lib.de sanctimoniali continente sed procacis lingue: que in ecclesia sepulta nocte sequenti visa est a custode ecclesie: deducta ante sacrum altare & per medium secabatur: pars vna igitur cremabatur: pars altera intacta remanebat: et flāme vstio in eodē loco marmoribus inherens apparuit. Secūdo hoc idem declarat.c.lij.de Valeriano Patrino qui in ecclesia ab episcopo sepultus est: vir vsq̄ ad decrepitam etatē lubricus et leuis. Sed eadē nocte Faustinus martyr in cui? ecclesia corpus fuerat inhumatum: custodi suo apparuit dicens. Vade et dic episcopo vt proijciat hinc ferentes carnes quas hic posuit: q̄ si non fecerit/die tricesimo morie?. Quā visionē custos episcopo timuit confiteri: et admonitus eps nihil inde fecit. Vnde die tricesimo in lectū sanus ingrediēs/ subita morte functus est. Tertio de Valentino ecclesie Mediolanen̄. defensore viro lubrico et cūctis leuitatibus occupato: nocte enim media in ecclesia sancti Syri facte sunt voces ac si quis violenter ex ea repelleretur & traheretur foras. Ad quas voces cucurrerunt custodes: & viderunt duos teterrimos spiritus qui eiusdē Valētini pedes quadā ligatura strinxerāt: & eū ab ecclesia clamantē et vociferantē foras trahebāt. Qui territi ad sua secreta reuersi sunt. Mane facto aperiētes sepulcrū nō inuenerunt: et extra ecclesiā perquirentes inuenerunt in alio sepulcro positū ligatū adhuc pedib? sicut viderant ab ecclesia abstrahi. hec.c.liij. Quarto de tinctore vrbis Rome sepulto in ecclesia beati Januarij martyris: qui vel spirit? eius sequenti nocte a custodibus auditus est clamare: ardeo/ardeo. Hoc vxori relatū est: que iussit vt aperirent sepulcrum: et vestimenta eius intacta reperierunt: sed corpus nō inuenerunt. Hec.c.liiij. ¶ Est enim de sepulture loco sicut de habitu religionis Primo quia sicut habitus monachorū non sanctificat hominem: sed potius homo habitū. ita sanct? locus cadauer pessimū non sanctificat. Secundo quia sicut religiosi cū tali habitu sepeliuntur cum quali viuunt. Sic mortui cum tali habitu vitiorū vel virtutum sepeliuntur cum quali vixerūt. Tertio quia sicut habitus religiosi in morte illū iuuat qui prius religiose vixit non aliū. sic sepultura illū qui bene vixit et nō alium iuuat: tales enim qui fuerunt organum spiritussancti: in locis sanctis sunt sepeliendi. Alijs sufficere deberet cum Socrate sepeliri sepultura asinina. Sed nūc qui peiorem ducunt vitam: hi sunt qui in honorabiliori sepeliuntur loco. quod plāgit scriptura Ecclesiastes. viij.c. Vidi impios sepultos qui etiam dum adhuc viuerent/ in loco sancto erant: et laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed et hoc vanitas est. ¶ Quinta propositio conueniens est decēs et honestum virum et mulierem in eodem sepulcro reponi & cum his filios eorūdem: licet hoc non sit necessarium. Primum patet. xiij.q.ij. Ebron. & c. sequen. expresse hoc dicitur: et multipliciter probatur. Primo quia Abraam emit spelūcam duplicem ab Emor (Geneß. xxiij.ca.) que ideo dicebatur dupler: quia in ea erant due partes: vna p̄ viris/ alia pro mulieribus. In qua spelunca sepulti fuerunt Adam et Eua: Abraam et Sara: Isaac et Rebecca: Jacob et Lya. Tobias etiam dixit ad filium Tobie vltio. Cum acceperit deus animam meā: corpus meum sepelies: et honorem habebis matri tue omnibus diebus: et cum ipsa com-

X Mortuis.

Y Inutilis.

Z Habit?

A Parētes.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pleuerit tempus suū sepelies eam iuxta me in vno sepulcro. Et Grego. in dialogo dixit ꝙ cor beati Benedicti sepultum est in sepulcro quod ipse sibi preparauerat vt quorum mens semper vna fuit in dño eorum quoꝝ corpora sepultura nō separaret. Item beatus Philippus diaconus vnus de septē legitur edificasse sibi sepulcrum in quo ipse ⁊ filie eius quieuerunt. Et beatus Seuerus Rauennatū archiepꝰ tumulū fieri iussit in quo se ⁊ vxorē ⁊ filiam collocauit. Itē Hieronymus. Quos cōiunxit vnū coniugium cōiungat vnū sepulcrū: qr vna caro sunt: et quos deus cōiunxit homo nō separet. Secundū patet qr Adam in ciuitate Arbee tumulatus est. non fuisset autē possibile oēs filios Ade ibi sepeliri: ⁊ ideo liberum est filijs ⁊ vxoribus eligere quo voluerint sepulcrum iuxta tamen ecclesie formam ⁊ consuetudinem. decentius est tamen ꝙ in sepulcro patrum suorū recondantur.

¶ Tractatus secundus

de morte culpe differens.

¶ De quadruplici morte. s. nature culpe gehenne et gratie. Capitulū.j.

B Quadruplex

Dota ꝙ quadruplex scōm scripture vsum inuenitur mors. s. nature/culpe/ gehenne/ ⁊ gratie: de prima Eccls ij. Similiter moritur doctus ⁊ indoctus. de scōa. Sap̄.j. Deus mortem nō fecit. de tertia. Rom̄. viij. Stipēdia peccati mors. ⁊ Sap̄. xvj. Tu es dñs qui vite ⁊ mortis habes potestatē et deducis ad portas mortis ⁊ reducis. de quarta. Col. ij. Si mortui estis cū christo ab elementis huius mundi quid adhuc viuentes ⁊c. Prima omniū. j. Reg. xiiij. Omnes moriūtur. Secunda peccantiū. Prouer. xvj. Indignatio regis. s. dei cuncta regentis nuntia mortis (peccatoris supple.) Tertia est dānatorum in quorū persona. Esa. xxviij. Percussimus fedus cū morte ⁊c. Quarta est saluādorum q̄bus dr Colossen̄. iiij. Mortui em̄ estis: et vita vestra ⁊c. Prima est amara. Eccli. viij. Inueni mulierē morte amariorē. Secunda periculosa. Prouerb. vj. de iuuene irretito multis sermonib⁹ dr ꝙ statim eā sequitur quasi bos duct⁹ ad victimā: ⁊ quasi agnus lasciuus ⁊ ignorans et nescit ꝙ ad vincula stultus trahatur donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueū ⁊ nescit qr de periculo anime illius agit. Tertia est laqueata. i. laqueis diuersarū penarum plena. Prouer. xxj. Qui cōgregat thesauros lingua mēdacij: vanus et excors est et impinguetur ad laqueos mortis. Quarta est preciosa de qua pś. Preciosa in cōspectu dñi ⁊c. De prima sufficienter dictum est ideo nihil plus hic. De quarta nihil ibi dicetur quia alibi reseruabitur: de secunda et tertia aliquid dicetur.

¶ Mors culpe sex causis est detestabilis. Capitulū.ij.

C Culpa

Primo igitur dicetur de morte culpe ꝙ detestabilis sit. Scōo que in ea mirabilia inueniantur. Tertio vbi inuenit. Quarto ad quid cognoscetur. ¶ Primo ergo ꝓpter sex detestabilis est mors culpe. Propter separationē anime a deo qui est vita ei⁹. j. Reg. xv. Siccine separat amara mors. vñ dr Jo. viij. Ego vado. i. recedo a vobis ⁊ in peccatis vestris moriemini. Et vere amara est qr plus esset dolendū de separatione aīe a deo ꝙ anime a corpore: licet nūc fiat ecōuerso. Plangis mortuū/magis plange viuū. An nō sunt in te viscera christiane miserationis vt plangas corpus a quo recessit aīa ⁊ non plangas animā a qua recessit de⁹? ¶ Scōo propter rerū habitarū vel habēdarū amissionē: mortui em̄ de reb⁹ suis nullū debent habere emolumentū. Nec habēt aliquā acquirēdi facultatē. Sic peccantes bona q̄ fecerūt amittūt: ⁊ que faciūt vel facturi sunt ꝙdiu manēt in pctō inutilia reddūtur quātum ad vitā eternā. Eccls. ix. Melior est canis viuus leone mortuo. i. vilis ⁊ pauper ī charitate magno ꝙꝝ qui multa fecit in pctō existēs. Viuētes enim sciunt se esse morituros si peccauerint. sed mortui nihil nouerīt amplius de suis rebus. i. non habent vltra mercedē de suis factis vel faciendis. ¶ Tertio ꝓpter fetoris corruptionem. Mortuus em̄ si nō sepeliatur corrumpit vicinos. Sic peccator si nō repellat vel abscōdatur. Viere. xvj. Mortib⁹ egrotantiū emorietur suā scz infectionē emittendo. sicut qui ex longa egritudine moriūtur aliquoties plus alijs mortuis fetent. Vñ in lege morticiniū tan/

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

gens inquinabat.sequitur.Et nō plangetur scz a se: qz nō sentiūt dolorem vel damnum vt membrū paralyticū: vel phreneticus qui morbū nō sentit. ⁊ nō sepelient.i. de cōsortio aliorꝫ nō expellent: cum tñ nullus patrem suū mortuuz in domo sua per septimanam dimitteret.j.Regum.x.Populus qui sequebatur Sibā filiuz Bochri aduersariū Dauid: subsistebat ad cadauer Amase mortui. Aū vir quidā hoc videns amouit eū de via in agrū ⁊ operuit euz de vestimento: quo amoto transibat oīs populus sequens Joab.Sequit.in sterquilinium sup faciem terre erunt.i. fetidi ⁊ abominabiles deo ⁊ angelis.Exemplū de angelo ⁊ eremita qui obuiā habuerant malum hoīem:sed bene indutū.⁊ etiā bonum hoīem sed leprosum.pſ.Disperierūt in eternū:facti sunt vt stercus terre.Quarto detestanda est hec mors propter horribilem aspectū. Quātūcūqꝫ em̄ homo fuerit amabilis pulcher ⁊ delicatus: statim post mortem erit horribilis turpis ⁊ abominabilis ⁊ a cōione hoīm separādus. Sic aīa ante peccatū pulcherrima ⁊ formosa videt iuxta illud Can̄.iiij. Pulchra es amica mea ⁊ macula nō est in te. Sed p pctm̄ spoliat gratuitis ⁊ vulnerat naturalib⁹:fit fetida ⁊ abominabilis corā deo vt dicat illō Eze.xvj. Ad om̄e caput edificasti signū prostitutionis tue: ⁊ abominabilem fecisti decorem tuū.Et tunc p pctm̄ aīa misera separatur a cōione fideliū:⁊ ab amicitia dei ⁊ angelorꝫ bonorꝫ.Prouer.xiiij.Miseros fecit populos pctm̄.Fatuissim⁹ operarius est ille qui difficillimis laborib⁹ se fatigat:⁊ tñ nihil stipendij vel mercedis in fine reportat.Quot em̄ laborib⁹ ⁊ periculis se exponunt hoīes pro pctō: isti pro voluptatib⁹: illi pro cupiditatibus: isti pro vanitatib⁹ inexplicabile est dicere:⁊ oīm istorꝫ laborū stipendiū erit eternū suppliciū. Rom̄.vj. Stipendia pctī mors. Ideo postēqꝫ Salomon premisit Sap.j. Nolite zelare mortē in errore vie vestre:signāter subiūxit.neqꝫ acquiratis pditionem in opib⁹ manuū vestrarū:quasi dicēs nullū aliud lucrū habebitis p pctm̄.¶ Quinto ppter sensuū obturationem.Mortuus em̄ nullius sensus habet vsu.Sic pctōr fimū ⁊ odorem coquine nō sentit.Curreret em̄ in odorem vnguentorū vt canis venaticus:sed nec auris obediendo audit/gustus cibū verbi dei nō sapit/tactus eleemosynā pauperi nō porrigit/visus lumen vere fidei nō recipit.iiij. Reg.iiij.dr q̄ Giezi famulus Helisei posuit baculū sup faciem pueri mortui ⁊ non erat vox neqꝫ sensus.pſ. Os habent ⁊ nō loquent.¶ Sexto ppter facilem sepelitionem. Nō est ita paupvetula q̄ nō inueniat ad sepeliendū mortuū suū:nec est ita bon⁹ vel malus q̄ pctm̄ suū nō excuset. Luc.ix. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Sicut em̄ istis maximis ⁊ nobilib⁹ fiūt sepulcra honestissima de marmore vel de alijs lapidibus honestis:seu lignis cū picturis ⁊ figuris q̄ simul ornant ⁊ honorāt ita istis magnis ⁊ potētib⁹ mortuis p peccatum faciūt adulatores sepulcra dealbata ⁊ depicta palliantes ⁊ ornantes ⁊ excusantes immo cōmendantes pctā potentū qz laudat pctōr in desiderijs aīe sue ⁊ iniquus benedicit:⁊ q̄ plus est sic eos onerāt ⁊ opprimūt grauitate pctōꝫ suorꝫ vt non amplius resurgant a pctis. Difficile ei est vt dicit Greg.iiij.moral. c.xiiij. his q̄ post vsum maxime cōsuetudinis adulantiū linguas excipiūt a mentis sue morte reuocentur.Sinite inquit mortuos sepelire mortuos suos. Mortui em̄ mortuos sepeliūt cū pctōres pctōrem fauorib⁹ premūt.Erat aūt Lazarus mortuus: sed nō sepultus a mortuis:sed a fidelib⁹ mulierib⁹. Sed peiores sunt qui exhumāt mortuos vt comedant qd̄ faciūt detractores:diffamando ⁊ publicando q̄ occulta sunt. Hiere. vij. Sm aliā translationem. Nunq̄d spelunca Hiene hereditas mea facta est mihi? Hiena ei corpa mortuorꝫ exhumat vt carnes putridas comedat:⁊ cū pctō nihil fit horribili⁹ q̄d dicem⁹ de ijs q̄ pctā sua ppria ostendūt ⁊ de ipsis spectaculū faciūt hoībus nisi q̄ mortuos suos circūferunt vel vt terrorem hoībus incutiant vel vt eos ad cōpatiendum vel vindicandū puocent: vt ptz Judicū.xix.de Leuita q̄ vxorem mortuā conscidit in frusta ⁊ misit ad duodecim trib⁹ vt cōpaterentur ⁊ vindicarent.

¶ Tria mirabilia in morte culpe. Cap.ij.

E secundo dicendū q̄ in hac morte tria mirabilia inueniunt. ¶ Primū est cuz nullus mortiferū corpori scienter biberet vel comederet: multi tñ auide mortiferū aīe comedūt ⁊ hauriunt sugge-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſtioni peccati ꝓſentientes. Apo.viij. Multi mortui ſunt de aquis.i.delectationibus mũdi: qꝛ amare facte ſunt poſt mortẽ: q̃ꝫ uis prio dulces. Job.vj. Nunquid guſtari pot qd guſtatũ affert mortẽ? ¶ Scdm eſt q̃ nullus gladiũ quo occidẽdus eſſet libẽter quereretvel patibulũ quo ſuſpẽdẽdus eſſet fieri ꝓcuraret. Multi tñ pctm q̃ aia ſuſpẽdit ⁊ patibulo inferui reſeruat proprijs laboribꝫ ⁊ expẽſis querũt ſolicite peccata ꝓcurãdo ⁊ cumulãdo. Sap.j. Iniuſtitia aũt mortꝭ eſt acq̃ſitio: ipꝰ aũt manibꝫ ⁊ ꝓbis acq̃ſierũt illã. ¶ Tertiũ ẽ q̃ nullꝫ cũ latrone vel homicida ſciẽter ſocietatẽ diu teneret. Multi tñ cũ pctõ qd bona oia furat: ⁊ eiꝫ morti inſidiat de ſocietate ſeruãda obligãt ſe obſtinãdo. Eſa.xxviij. Dixiſtis ꝓcuſſimus fedus cum morte ⁊c.

¶ Mors culpe in tribus principaliter inuenitur. Capitulum.iiij.

D Inuenitur.

Et tertio dicenduꝫ q̃ mors culpe in tribꝫ p̃ncipaliter inuenit. ¶ Primo in manibꝫ lingue mẽdacis. Prouer.xxj. Qui cõgregat theſauros lingua mẽdacij: vanꝫ ⁊ excors eſt ⁊ ꝓpinguet ad laq̃os mortis. ¶ Scdo in manibꝫ lingue adulãtis. Prouer.v. Fauꝫ diſtillãs labia meretricꝭ.i. adulãtis nitidiꝫ oleo guttur eiꝫ: qꝛ cõponit verba ad decipiẽdũ: ⁊ ſequit: pedes eiꝫ deſcendũt ad mortẽ. ¶ Tertio in manibꝫ lingue detrahẽtis. pſ. Filij hoim dentes eoꝝ arma ⁊ ſagitte ⁊c. Sed ecõtrario vita eſt in manibꝫ lingue veracis. pſ. Dñe q̃s habitabit in tabernaculo tuo ⁊c. ⁊ ſequit. Qui loquunt veritatẽ in corde ſuo. Scdo in manibus lingue corripientis. Prouer.xxviij. Qui corripit hoiem: grãm poſtea inueniet apud eũ magis q̃ ille q̃ p lingue blãdimẽta decipit. Tertio in manibꝫ lingue pie primũ cõmẽdãtis. Prouer.vlt. Lex clementie in lĩgua eiꝫ: iõ Prouer.xviij. Mors ⁊ vita in manibꝫ lĩgue q̃ diligũt eã comedũt fructus eiꝫ: vñ mors hec culpe trahit aiaꝫ ad infernũ: ſicut mors nature trahit corpꝫ in terrã. Et ſicut mors naturalis filij offendit patrẽ: qꝛ ab ipſo ſeparat: ſic mors culpe deũ patrem offendit.

E Vita.

¶ Quinq̃ modis homo morit morte culpe. Capitulum.v.

De quarto dicitur q̃ q̃nq̃ modis q̃s reputat mortuus: primo qñ morti appropiquat. Sic hõ exñs in pctõ qꝛ vicinus eſt morti eterne dicit mortuꝫ: obeſt ſolũ paries corporis quin ingrediat illaꝫ mortem ſecundã. pſ. Appropinquauerũt vſq̃ ad portas mortis: ⁊ rationeꝫ ſubdit. Anima eoꝝ in malis tabeſcebat. Scdo reputatur mortuus quando in magna miſeria viuit. Ita q̃ potius vita ſua dicenda ſit mors q̃ꝫ vita. Jone vlti. Tolle queſo animã meam a me quia melior eſt mihi mors q̃ꝫ vita. Sic eſt de vita impiorum qui in hac vita viuũt in magna miſeria continue in tenebris ignorantie/ in igne exiſtentes concupiſcentie/ et corroſi continue verme conſcientie. Tertio quando infirmus iam facit fardellum ſuum. Sic peccator in hoc mundo grauiſſimis onuſtus peccatis trahentibus in infernum vt plenus vſuris et rapinis dicitur mortuus. Nauis enim eorum tot onuſta eſt peccatis q̃ faciunt ſubmergere nauem: ⁊ deſcendere in profundum abyſſi. Exo.xij. Deſcenderũt in ꝓfundum quaſi lapis. ¶ Quarto quando omnia reꝫcit: nec quicq̃ alimẽti poteſt recipere: tunc enim ſignum eſt mortis. Sic qui doctrinam chriſti non curant immo recuſant. ¶ Quinto quando non fructificant: ſed continuo diminuuntur ſicut in quibuſdam morbis vbi decreſcit homo: ⁊ tandem ſiccatur. Arbor eñ non ferens fructũ ⁊ in ramis ſicca iudicatur mortua. Sic anima ſine fide formata charitate non fructificat ⁊ iam ſecuris in radicem poſita eſt vt preſcindatur ⁊ in ignem eternũ mittatur.

¶ Tractatus tertius de morte gehenne.

¶ De effectibus mortis gehennalis. Capitulum.j.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

F Gehenne.

Secūdo de morte gehēne dicēdū q̃ ē mors horrēda Apoc. xx. Infernus ⁊ mors missi sunt ī stagnum ignis. Hec est mors scda. i. sequēs alias mortem. Hec aūt mors plura mala facit. ¶ Primo ois boni affert presentiā. Job. x. Dimitte me vt plangā paululum dolorem meū ⁊c. Mortuis eñ in inferno gutta diuine ꝓsolationis nō stillabit: vt ptz in diuite. Luce xvj. Et nullus q̃ erit in pria cōdolebit īmo mater de filio si dānarek̃ gaudebit. pš. Letabik̃ iust⁹ cū viderit vīdictā: oro vel eleemosyna parentū nō pderit. Quid ei pdest chaudellū facere mortuo? Hiere. ix. Cadet morticiniū hois q̃si sterc⁹ sup faciē regiōis de quo nō curāt ⁊ q̃si fenū post tergū metētis ⁊ nō est q̃ colligat. i. subueniat: vñ in auctoritate Job. x. dr b̄ mors vmbra mortis. Umbra ei hz similitudinē cū eo cui⁹ ē vmbra ⁊ nō est illō. Sic ē q̃ q̃dā pena īferni ī hor ꝓuenit cū morte q̃ nulla pena maior est ea sicut āgustia q̃ mortē īducit. Sz in b̄ discōuenit q̃ mortu⁹ nō sentit aliquā penā vel lesionez si ei inferak̃: ⁊ bñ esset eis si ita eēnt mortui in īferno q̃ de amissione gaudij nō dolerēt ⁊ penas īferni nō sentirēt. Ite drnt qz mors corpis ē mors alteri⁹ ptz Sed mors eterna est mors aīe ⁊ corporis. iiij. Re. iiij. Bis dicik̃ mors in olla viri dei mors ī olla. Est ei mors aīe in olla corpis. Est ei mors supra mortē tpalē ppk̃ penaꝝ acerbitatē. Mors vltra mortē ppk̃ penaꝝ diuersitatē. mors pter ⁊ ꝑ mortē ppk̃ penarū eternitatē. Scdo qz infert ois mali copiā. Mat. viij. Abijt aūt tot⁹ grex porcoꝝ p pceps ī mare ⁊ mortui sunt in aq̃s: porci sunt pctōres q̃ nobiliorē ptē sui. s. aīaz ī luto pctī ponūt vt delectationē pctī habeāt vt porc⁹os ⁊ nares ⁊ caput q̃ sunt nobiliora in ipo luto ponit vt vētris delectationē īpleat. Sap. v. Nō iudicauerī honorē aīarū sctāꝝ qm̄ de⁹ creauit hoīez ī exterminabilē ⁊c. Sz isti erūt pcipites ī mare. i. subito penas īferni īcurrūt: q̃libet ei pars maris amara est: ⁊ nihil ē in īferno qd amaꝝ nō sit ⁊ penale. Silr gutte marz sūt inūerabiles ⁊ pene īferni īcōprehēsibiles. Silr oēs aque ad mare currūt. Sic nō est āgustia q̃ nō ibi fit. Inde diues. Lu. vj. vocat īfernū locū tormētoꝝ. locatū aūt nō est ppe nisi ī ppo loco. Ite dr Thre. j. Magna est velut mare ꝓtritio tua. vñ qz male vixerūt: inde maloꝝ copiā ꝓñr habebūt: iuxt illd Phil. iij. Quoꝝ finis īterit ⁊ glia in ꝓfusiōe coꝝ q̃ terrena sapiūt. Ut cōiter ex malo semie gignit̃ mala plāta/ ex malis pmissis seq̃t mala ꝓcl⁹: ex mala vita mala mors: ex malo pncipio malus finis. ij. Cor. xj. Quorum finis est bm opa eoꝝ. Eccli. xxj. Via īpiorū ꝓplātata lapidib⁹ ⁊ ī finē illoꝝ īferi ⁊ tenebre ⁊ pene. finis ei altaꝝ nubiū est ꝓsūptio finis herbaꝝ viridiū desiccatio. finis delinquētiū dānatio. pš. Propter ea de⁹ destruet te ī finē euellet te emigrabit te de taberna culo. ⁊ radicē ⁊c. Tertio qz finis in vtroq̃ nō hz terminū. Si ei posset hoiez īterficere q̃ penit⁹ mereret̃. vl q̃ saltē penā aliqñ nō sentiret ꝓsolatio eis eēt. Sz sic nō erit: qz ī eternū viuēt ⁊ vt ī eternū puniant̃. pš Sicut oues in īferno positi sūt mors depascet eos. Verba eñ cū pascit̃ iterā redit, vt iterꝝ pascat̃. ⁊ silr q̃tūcūq̃ puniāt̃ adhuc viuēt vt iterꝝ puniāt̃. pš. Laborabūt ī eternū ⁊ viuēt adhuc ī finē. Ite ouis ē stolidissimū pec⁹: ita q̃ si sit ī domo accensa nullo mō exit ab igne sz magz īgerit se igni. Sic dānati in īferno effecti sunt stolidi ⁊ p malitiā obstinati q̃ de inferno q̃ est eis quasi domus accensa nunq̃ exibunt.

B Differētie.

¶ Exemplis ⁊ rōnib⁹ pbatur q̃ sit ponendus infernus/ respondetq̃ obiectionibus oppositis cōtra nitentibus. Capl'm. iij.

Quinnulli diabolo pcurāte dicūt nullū eē infernū nullā dei iustitiā punitiuā: diabol⁹ ei nitit̃ in hoīe fidē de īferno extīguere vt sic cecatū facili⁹ ducat illuc per viā pctōꝝ dū nō refugit penā quā nō credit: bz quē modū solet duci latro ligat̃ oculis ad patibulū ī cui⁹ rei figurā. iiij. Re. vl. Sedechias excecatus a Nabuchodonosor duct⁹ est ī Babylonē. Sūt aūt tales infidelib⁹ deteriores. Nā ⁊ īfideles de īferno habuerī fidē. In q̃dā ei Senece tragedia narrat̃ q̃ tñ xpi fidē nō habuit qd visū ē cuidā q̃ videret neronē balneātē se apd īferos ⁊ mīstros auꝝ feruēs īfūdētes: ⁊ cū videret choꝝ aduocatorū ad se aduenientiū. Duc

N Aduocati.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

inq̃t venale genus hoim.ſ.aduocati amici mei accedite:vt in hoc vaſe mecum balneemini. Adhuc enim ſupeſt locus in eo quẽ vobis reſeruaui. Sicr multi poete ⁊ ethnici mentionem faciunt de inferno in multis ſcriptis ⁊ Virgilius in.vj.Eneidos eũ pro magna parte deſcripſit. Et ſm quoſdã philoſophos eo dicũtur inferi ꝙ illuc aĩe deferantur. Sunt igitur infidelibus deteriores qui de inferno dubitãt. hoc etiã patet ex infinitis quaſi ſcripture paſſibus quorũ aliqui poſtea ſuo ordine recitabũtur. Patet etiã multis rationib⁹:exẽplaribus infernum eſſe. Primo certũ eſt ꝙ ſicut debetur ſumm⁹ amor deo ita ⁊ ſummus timor: ergo ſicut fecit aliquid ſcilicet incarnationem ad attrahendũ ſummũ amorẽ ab homine. Ita debuit aliq̃d facere ad extrahendum ſummũ timorẽ ab eodem:hoc non eſt niſi infernus qui ſumme facit eum timere. iuxta illud.Luce.xij. Timete illum q̃ poſtq̃ occiderit corpus aĩam poteſt mittere in gehennã ignis. Scdo regalis magnificentia requirit ꝙ rex habeat non ſolum pallatia ꝓpter bonos ſed etiã carceres propter malos. Rex autẽ glorie magnificat⁹ eſt ſuper reges vniuerſe terre:quo igitur nõ habebit carcerem ſicut habet pallatiũ? Eſaie. xxiiij. Viſitabit dñs ſuper malitiã celi in excelſo: ⁊ ſup reges terre. Et ſequit. Et claudentur in carcere quẽ vocamus infernum. Attendere autẽ oportet qualis ſit iſte rex qui tales barones ſcz celi milites et reges terre ponit in carcere ſuo. Tertio de⁹ adeo iuſtus eſt ꝙ nihil in dñio ſuo permittit impunitũ. Job.xxiiij. Deus inultũ abire non patitur. Sed videmus multos ſceleratiſſimos mori impenitẽtes nec hic puniri:ergo alibi puniẽtur. Locus autẽ huius punitionis non eſt aliud q̃ infern⁹:igitur. Quarto ad bonũ alicui⁹ ciuitatis ſtatũ pertinet habere locũ vbi ſordes proijciãtur: quo ergo eſſet bene ordinata ciuitas vniuerſi niſi haberet hmõi locũ in quo ſordes ei⁹ proijcerẽtur. Peccatores autẽ qui facti ſunt vt ſtercus terre ſunt hmõi ſordes.pſ. Vt lutum platearũ delebo eos:quod ſcz colligitur de plateis ⁊ proijcit in locũ immundũ. Similiter cum aqua fluit lutum. Sic cum fluuio igneo rapido abſorbebunt peccatores in infernũ. ¶ Quinto in mũdo iſto videmus puniri minores a ſuis maiorib⁹. Sed ipſi maiores q̃nq̃ ſunt peiores. Vñ quidã philoſophus cum vidiſſet quendã latronẽ duci ad ſuſpendiũ a q̃buſdã etiã qui mali erãt:dixit. ¶ Maiores latrones ducũt minores ad ſuſpendiũ. ergo iuſtũ vt ipſi maiores q̃ hic nõ habẽt ſupra ſe maiores q̃ eos iudicẽt: ⁊ mala faciũt innumerabilia:alibi iudicẽtur ad penã. Sap.vj. Cũ eſſetis miniſtri regni illius non recte iudicaſtis neq̃ cuſtodiſtis legẽ iuſtitie: neq̃ ſm voluntatem dei ambulaſtis. Horrende ⁊ cito apparebit vobis:qm̃ iudiciũ.ſ.cõdẽnatiõis duriſſimũ his qui preſunt fiet. hec autẽ condẽnatio fiet in inferno igitur. ¶ Sexto lex terrena requirit ꝙ aliqui ꝓpter culpas aliquas deferãtur in exiliũ ꝓpetuũ:ergo non eſt rõnabile quin deus peccatores aliquos propter culpas ſuas deferat in exiliũ ꝓpetuum. Job.xviij. De orbe tranſferet illũ ſcz peccatorẽ de orbe illo:de quo dicit. Spũs dñi repleuit orbẽ terrarũ. Locus autẽ iſte ad quẽ tranſferũtur non eſt q̃q̃ alius infernus.igitur. ¶ Septimo iuſtitia eccleſiaſtica ſeparat perpetuo a cõſortio fideliũ aliquos in ſepultura:ſepeliẽdo eos in loco vili extra alios:quare igitur iuſtitia diuina que maior eſt non ſeparabit perpetuo aliquas aĩas indignas a conſortio ſanctorũ eas in loco vili collocãdo. Juxta illud. Luce.xvj. Mortuus eſt diues et ſepult⁹ eſt in inferno? ¶ Octano intereſt vtilitati publice alicui⁹ ciuitatis vt cadauera proijciãtur extra in loco immũdo. Quid ergo mirãdũ ſi de ciuitate dei eijciantur cadauera. ideo Eſa.iiij. dicit ei q̃ ad ifernũ deſcẽdit:quaſi cadauer putridum non habebis cõſortiũ. Vnde in fabulis dicit ꝙ leo vt plura aĩalia deciperet:ſe infirmũ finxit ⁊ aĩalia que ad eum venerãt viſitationis cauſa deuorauit. vulpes ſ̃o intrantiũ videns veſtigia ⁊ non redeuntiũ periculũ ſuſpicat⁹:aſſeruit ꝙ non intraret niſi prius intrãtia exire videret:et tali phãtaſia a leonis calumnia ſe ſubtraxit. Sic diabolus vt plures decipiat tentãdo dicit non eſſe infernũ: nec diabolus vt inde audacter peccent. Sed q̃ bene cõſideraret ꝙ multi ibi deſcẽdũt nec inde reuerſi ſunt caueret ſibi pro tẽpore futuro. ¶ Sed dicunt huiuſmodi infideles ꝙ nullus de iferno reuertit. Sap.j. Nõ eſt agnitus qui reuerſus ſit ab inferis. Sed ſi rediret aliquis q̃ vidiſſet infernũ crederent ei. Quibus põt reſpõderi tripliciter. Primo per intereẽptionẽ prime que falſa eſt, quia

Veritas

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Lazar? fuit reuersus quē suscitauit Jesus. et sicut dicit Augu. cum discubuisset post ea in domo Marthe cum dño multa narrauit immensa de locis penalib?. Preterea circa passionem dñi multa corpora sanctorum surrexerūt ⁊ apparuerūt multis: inter quos fuerunt duo filij Symeonis sicut habetur in epistola quā misit Pilat? ad Tyberiū de passione christi sub eo facta q̄ narrauerūt multa de inferno: ⁊ quō christus inde suos eduxit. preter illos etiā inueniūtur alij multi inde redijsse ex diuina dispēsatione vt Traian? ⁊ alij de quib? inuenit in gestis sctōr̄. ¶ Scdo p interēptionē secūde: qr si etiā aliq̄s inde veniret nō crederent ei q̄ vel inde veniret vel q̄ essent vera q̄ diceret. Lu. xvj. Si Moysen ⁊ ppbas nō audiūt: neq̄ si q̄s ex mortuis resurrexerit credēt/nec mirū. Quis em̄ tante auctoritatis resurgere posset cui magis esset credendū q̄ deo? vñ ⁊ Lazar? de q̄ diximus/surrexit ⁊ plurima eor̄ q̄ viderat reuelauit: ⁊ tñ in eū vt iterū occiderāt insurgere conati sunt. ¶ Tertio dicēdū est istis q̄ hocp̄m q̄ nō ita reuertunt de inferno passim ad nos fit ppter bonū nostrū: vt scz illuc ppt hoc magis timeamus ire sicut iā dictū est in fabula de vulpe. Ān cū q̄dā p̄dicator multa de inferno asseruisset: q̄dā de astantib? credulitat̄ dure ad eū pclamauit. Maledictus q̄ credit vobis qr nō fuistis ibi. Sz rndit ei. Frater pijssime hoīm si aliq̄s veniret ad te de inferno adhuc tu non cessares malefacere: diceres ei apud te q̄ si ires in ifernū ppter pctā tua/tñ forte posses ide exire sicut ⁊ ille exijsset. Sz mō credere debes ifernū ita pfundū q̄ nullus pōt inde ascendere: ita clausuz q̄ nullus pōt exire: ita custoditū q̄ null? pōt euadere. ¶ Quarto ōr ꝑm Bon. in. iiij. dist. xlv. in expositione text? q̄ iō illud aīar̄ receptaculū est abditū neq̄ cōicatū vt videat̄ cōiter. Prio vt fides habeat locū q̄ est de nō visis: ideo meremur credēdo paradisum ⁊ infernū: et cū hoc fecit ea abdita vt nr̄m ꝓbaret affectum: videlz si eā nō timore rerū visarū: sz amore eor̄ q̄ nō vident̄ diligam?. Indevoluit dñs q̄ mors nr̄a filis eēt morti bestiarum vt ꝓbaret corda filior̄ hoīm. Dicit tñ Greg. q̄ (vt credant infideles) ignis inferni de quibusdam locis Sicilie eructat quasi esset suspirale inferni. ¶ Sed iterū dicunt alij: Nunq̄ me fecit dñs qui me tāare redemit vt sic me dānaret ⁊ perderet. Nō est igitur aliquis locus pditiōis saltē pro fidelib? qui credūt in eū? Rndetur primo q̄ deus nō creauit nos vt precipitaret in gehēnā: sz magis vt introduceret in regnum eternū: gehēna em̄ ꝓpter demones quibus dicetur. Ite maledicti ⁊c. qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Sed regnū eternū ꝓpter hoīes quibus dicetur. Venite bn̄dicti ⁊c. qd̄ paratū est vobis ⁊c. Sed q̄ hoīes a regno deuient ⁊ tendāt ad perditionē: hoc est ex eorum defectu. Osee. iij. Perditio tua ex te Jsrael tātūmodo ex me auxiliū tuū. ¶ Scdo ōr ꝑ illos q̄ sic dicunt nō me fecit dñs vt pderet me: q̄ dñs nullū pdit: sz est sicut mercator q̄ hz tres bursas: in vna ponit bonos denarios: in scda obolos: in tertia falsam monetā. Jta dñs optimos reponit in celo: mediocres ī purgatorio: ⁊ malos vt falsam monetā in inferno: et sic oēs inuenit et nullum perdit. ¶ Tertio dicitur q̄ si quis emisset vnū seruum ⁊ cōstituisset eum super domū suā: et tradidisset ei in custodia suā vxorē ⁊ filios ⁊ bona sua oīa. ipse vero vxorē pollueret ⁊ filios interficeret: et bona oīa dissiparet: nōne dñs hunc seruū in suo reditu nō obstante q̄ eū emerat suspēderet si posset et interficeret? Sic etiā caueas tibi quicūq̄ sis qui ista dicis: quia licet sis seruus dñi ab eo factus et redemptus: te tamen graauiter torquebit si eum offenderis.

¶ Infernus locus terre infimus sex mortuis plurimū vitandus. Capitulū. iij.

Secundo de situ inferni cōsiderādū.

Situs

Est cōmunis oīm doctorū opinio: et ita sicut dicitur in libro de imagine mūdi credi pōt q̄ sit circa centrū terre. vt sicut scdm ordinem nature: alia tēdūt deorsuz alia sursuz Sic ꝑm ordinē diuine iustitie: alia tēdūt ad summū sursuz. s. ad gloriā: alia deorsū ad penā. nec est incōueniēs illū mirabilem ignē esse deorsum cū etiā noster ignis sensibilis sit hic deorsum. Hic est q̄ Pythagoras pbus vt recitat Aristo. in fine scdi celi ⁊ mūdi posuit ignē esse in centro terre. Et ꝓpter hūc sitū ꝑm Papiā dicit̄ infern? ab infra: qr sicut cor aīalis est in medio ei?: sic ⁊ infern? in medio terre. Juxta illud quod dixit saluator se fuisse trib? dieb? ⁊ tribus

Obscuro.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

noctibus in corde terre. Matth.xij. Et de ipso dicitur Ephe.iiij. descendit primũ in inferiores partes terre. Ex quo patet ꝙ locus iste remotissimus est a celo: sicut centrum summe distat a circumferentia: ideo Ezechiel.iij. dicitur terra vltima. vbi dicit Pharaoni. Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam: hoc est ad magnã penã malorum: sicut fit ei qui proijcitur in exilium quando remotius ponitur. Et ꝙ hoc fit peccatoribus conueniens patet ꝑm Ricardum de media villa: quia sicut deus ordinat corpora in suis locis ꝑ exigentiam suoꝝ naturalium ponderum: sic ordinat creaturas rationales in suis locis ꝑm exigentiam suoꝝ amorum. Ideo sicut electi sunt in celo: qꝛ in suo amore celestia terrenis preposuerunt. Ita reprobi ꝑ diuinam iustitiam sunt ⁊ erunt in loco infimo: qꝛ in suo amore infima ⁊ terrena superioribus ⁊ celestibus preposuerunt. Et propter hoc est eis carcer profundissimus qui solet esse grauior: inde ad maiorem penam eoꝝ dicitur in pſ. Introibunt in inferiora terre. i. ĩ magis infima. Et possunt dicere illud Job. xvij. In profundissimũ infernum descendent oia mea. vnde Cassiodorus sup pſ. lxxxvj. Infernũ arbitramur esse subtus cũ legatur de Dathan ⁊ Abyron: qꝛ aperuit se terra ⁊ deglutiuit eos et viui descenderunt ad inferos. Ex hoc etiã patet magna peccati grauitas q̃ illuc precipitat vbi montes ⁊ saxa quãtũcũq̃ grauia descendere nõ possunt: ideo dicitur de peccatore. Matth. xviij. Expedit ei scꝛ magis vt suspendatur mola asinaria in collo eius ⁊ demergatur in profundum maris: qꝛ hmõi peccatum profundius demergit: q̃ꝫ fit profundum maris. Est em̃ vna terra suprema in qua est habitatio sanctorũ: de qua pſ. Portio mea dñe sit in terra viuentiũ. Est terra media q̃ ẽ possessio terrenoꝝ de qua Gen. xij. Egredere de terra ⁊ de cognatione tua ⁊c. Tertia est terra infima in qua est cõclusio damnatoꝝ. Sicut em̃ terra est domus ⁊ habitaculum oĩm serpentum nõ in parte superiori: sed in cauernis terre: sic infernus est in inferioribus partibus vbi oĩs iniquitas reponit: vt ibi ꝓpetuo moriatur. Propter qõ terra ista multum est fugienda. Primo qꝛ in ea est meꝛor incõsolabilis. There. iiij. Lugebit terra ⁊ merebunt celi. i. alti ⁊ superbi viri ibidem

Ad Terra.

detenti. ¶ Secũdo propter feruorem inextinguibilem. Esa. xxxiiij. Cõuertentur torrentes eius in picem ⁊ humus eius in sulphur: ⁊ erit terra eius in picem ardentem nocte ⁊ die nõ extinguetur. fugeret em̃ homo domũ igne succensam. ¶ Tertio ꝓpter ĩmitigabilem crudelitatem tormentorum Esa. xxxiiij. Inebriabitur terra eiꝰ sanguine ⁊ humus eius ex adipe pinguiũ. ⁊ pſ. Introibunt in inferiora terre: tradent in manus gladij ⁊c. ¶ Quarto ꝓpter inquietudinem mali cõsortij inuidoꝝ scilꝫ ⁊ seditiosorũꝫ pſ. Aperta est terra ⁊ deglutiuit Dathan ⁊ operuit sup cõgregationẽ Abyron qui fuerunt inuidi ⁊ seditiosi. ¶ Quinto propter defectũ omnis boni: sicut pauper fugit terram etiã suam ꝓpter caristiã. There. iiij. Aspexi terrã scꝫ inferni ⁊ ecce vacua scꝫ omni gaudio ⁊ nihili: qꝛ nihil in ea. ¶ Sexto ꝓpter detentionem immutabilem qꝛ qui semel illuc iuerit nunq̃ inde exibit. Inde dicebat Job. xx. Dimitte ergo me domine vt plangã paululũ dolorem meũ antequã vadã ⁊ nõ reuertar ad terram ⁊c.

¶ Inferni capacitas magna triꝫ rationibus probatur: damnatorũq̃ dispositio in ea declaratur. Capitulũ. iiij.

Tertio de quantitate inferni videndus est. Creditur em̃ infernus esse maxime capacitat(: ideo appellatur Esa. xxx. vallis ꝓfunda ⁊ dilatata. dicitur etiã baratrũ Iudith. v. quasi voratrũ vel vorago ꝑm Papiam: qꝛ ꝓpter sui immensitatem põt recipere innumerabiles: dicitur etiã abyssus quasi sine fundo. Eius aũt immensitas ex tribus pensari põt. ¶ Primo ex imaginatione quã habent illi qui sunt ibi: videtur em̃ eis ꝙ quasi inestimabilis sit eius magnitudo. Exemplũ in vitis patrũ de beato Macario qui cũ transiens ꝑ eremũ inuenisset caput cuiusdã defuncti tetigit illud virga quã gestabat ⁊ adiuratũ cuius esset locutũ est ei recognoscens ꝙ fuisset caput cuiusdã sacerdotis gentiliũ in illo loco sepulti/ requisitus aũt de pena sua: respõdit ꝙ quantũ distabat celũ a terra tantũ habebat de igne supra caput ⁊ tantũ sub pedibus suis vbi erãt christiani mali sub infidelibus. Ad idem facit qõ refert Gre. de

n Quantitas. ○ Capacitas.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

reparato viro magno qui cum seruaretur quasi mortuus subito redijt: ⁊ vocato puero fecit illū mitti ad ecclesiā scti Laurentij ad Tyburtiū presbyterū q̄ credebat vitijs carnalib⁹ subiacere de quo dicebat ꝙ videratvbi fuerat ingentē rogū parari: ⁊ dictū presbyterū in eo mergi ⁊ cōcremari. Aliū aūt rogū viderat parari cui⁹ cacumē vsq̄ ad celū a terra videbat ꝓtendi cui emissa voce clamatū est cui⁹ esset/ ⁊ hoc dicto statim obijt. Puer aūt Tyburtiū mortuū inuenit. Ex ore ergo duoꝝ testiū ptz ꝙ mire magnitudinis videt ignis inferni damnatis. ¶ Scdo hoc ptz ex cōparatione aliorū magnoꝝ q̄ fm scripturaz ex similitudine ad ipm describunt magna. Aba. ij. Dilatauit quasi infern⁹ aiam suā: ⁊ loquit de supbo scz diabolo. Sicut ergo apparet ꝙ granū millij paruū est eo ꝙ cū volum⁹ ostendere rem modicā cōparam⁹ eā illi. Sic econtrario apparet infernū esse magnū cū ex comparatione ad illū osteudant res magne: ⁊ pōt credi ꝙ est rotūde figure q̄ est figura capacissima. ¶ Tertio hoc ptz ex multitudine cōtentoꝝ: cōtinebit ei oīa corpa maloꝝ q̄ fuerūt ab origine mūdi ⁊ futura sūt vsq̄ ad finē scli. Mat. xiij. Mittet filius hois angelos suos ⁊ colligēt de regno ei⁹ oīa scādala ⁊ eos q̄ faciūt iniquitatē ⁊ mittet eos in caminuz ignis. Vñ ⁊ Eze. xxxij. ibi narrant multi tyrāni q̄ cū suis multitudinib⁹ missi sunt in lacū inferni. ¶ Et si dicatur ꝙ infern⁹ nō pōt esse maior terra: cū ergo maior multitudo videat hoīm dānatoꝝ a p̄ncipio mūdi vsq̄ in finez q̄z fit ipa terra. Nec erūt corpora eoꝝ subtilia vt se possint mutuo penetrare: quō erit infern⁹ tante capacitatis vt oīa illa possit recipere? Rndet Richar. de media vil. ꝙ non est certū si multitudo corpoꝝ damnatoꝝ excedet terre quātitatē: ⁊ iō si fit minor ea tūc dānati in inferno ita cōpriment ꝙ cōtineri poterūt in cōcauitate terre. Erūt em cōpressi in quādā rotūditatem: q: erūt quasi quedā rota iuxta illud ps. Deus meus pone illos vt rotā: ad quā compressionem signandā pōt adaptari illd ps. Sicut oues in inferno positi sint. Oues em fortiter se cōprimūt in ouili ꝓpter frigus in hyeme: ⁊ in estate in vmbra ad fugiendū estum: et inde ibi poterit tanta multitudo corpoꝝ damnatoꝝ contineri. Si vero nō sufficiat huiusmodi cōcauitas; deus augebit eam iuxta suum beneplacitum.

¶ De qualitatibus inferni scz inquietudine prouenientē ex tribus: intemperie horrore/ ingressu/ egressu: ⁊ quadruplici vtilitate. Capitulū. v.

Qartovidendū est de qualitate infernalis loci: vnde locus ille primo est inquietus: sicut em in rerū natura quidam est locus semp quietus: vt superior pars mundi: quidam quandoq̄z quietus/ quandoq̄z turbat⁹ vt media pars. Sic probabile est aliam partem esse que semper turbata est: inferior scz: inde infern⁹ dicitur tartarus. ij. Petri. ij. qz tartarus fm Papiā dicitur quasi turbatus: prouenit aūt ibi turbatio ex tribus. ¶ Primo ex penaruz varietate/ sicut dicitur tempus turbatū quando mixta sunt pluuia/ nix/ grando ⁊ hmōi. psal. Pluet super pctōres laqueos ⁊c. ¶ Secundo ex ministroꝝ vexatione. Viere. xvj. Seruietis dijs alienis die ac nocte scz in presenti qui nō dabunt vobis requiem postea. s. in futuro. ¶ Tertio ex mutuo clamore. Esa. xlv. Vos clamabitis p̄ dolore cordis ⁊ pre cōtritione spūs vlulabitis. Exemplū legit in quodā libro de initijs ordinis Cisterciē. cū quidā monachus tentaret de exitu ordinis ꝓper ei⁹ asperitatem: apparuerūt ei pater ⁊ mater ei⁹ semel ⁊ iterū dissuadentes exitū. Qui cū nollet acquiescere apparuit ei mater tertio hoc idem dissuadens. Qui cum nollet acquiescere dicens ꝙ non posset portare penā: dixit ei mater. Et quō poteris portare penā inferni? At ille: quis grauior infern⁹ q̄z pene huius ordinis? Et mater. Vis experiri? At ille: Sic. Et ecce sonitus quasi porcoꝝ grunnit⁹ adeo horribilis ꝙ visum est ei ꝙ celū scinderet: ⁊ ꝙ caput ei⁹ scinderet: ⁊ cū quasi deficeret cessauit sonitus. Et mater ꝓfortās eū ait. Vis aliq̄d de gaudijs celi experiri? At ille: Sic. Et ecce cāt⁹ q̄dem tā dulcissim⁹ ꝙ supabat oēz musicoꝝ dulcedinē. Tūc mr. Si vis venire ad gaudia celi ⁊ euadere iferni tormēta pseuera: ⁊ sic fecit. Nō est em incredibile q̄n sint vlulat⁹ corpalr futuri in iferno sicut ⁊ cant⁹ in celo. Scdo locus ille est intēperatissim⁹. vñ apud ethnicos auern⁹ appellat q̄si sine ver. i. sine tēperātia, nō em

P Qualitas.

Q Turbatio.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

sunt tibi pene in tēperamēto aliquo: sz in summo. Sunt em̄ ibi summe tenebre. Exēplum (Exo.x.) de tenebris Egypti q̄ erant palpabiles quātomagis ibi erunt grauiores. Item est ibi summū frigus. ideo (Job xxiiij.) dicūtur aque niuiū q̄ sunt frigidiores. Et etiā summus calor. ideo dicit. Job. xxiiij. Calor nimi⁹: ⁊ ratio est qr nō exhalat sz inclusus est vt in clibano. pz. Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vultꝰ tui: qn̄ vultus ⁊c. propter qd̄ dicit Deute. xxxij. Et sagittas meas cōplebo in eis. Tunc em̄ sunt cōplete qn̄ sunt in extremo. Tertio dicitur locus horroris. Deute. xxxij. In loco horroris ⁊ vaste solitudinis. Esaie. xxij. De terra horribili viso dura ānūtiata est mihi. Job. x. Ibi sempiternus horror inhabitat. Illic em̄ flāma que succēdit non illuminat: illic ignis cruciās obscurat: illic metus nō amittitur cū tolerari incipit qd̄ timebat. Illic ⁊ dolor dilaniat ⁊ pauor angustiat. Horrendo igitur modo. tūc erit reprobis dolor cū formidine. flāma cū obscuritate: ⁊ qr a voluntate sui creatoris discrepauerunt ideo a suis qualitatibus tormenta discordabūt. Inde Hiero. ad Augu. Horreo mortē viuacem: horreo vermē mordacē: horreo incidere in manꝰ mortis viuacis ⁊ vite moriētis. Quarto dicit locus latus ad ingrediendū arctus ad egrediēdū vt vasa diaboli. Esa. v. Dilatauit os suū infernꝰ absq̄ vllo termino: ⁊ descendent sublimes gloriosiq̄ ad eum. pz. Non absorbeat me pfundū neq̄ vrgeat sup me puteus os suū. Matth. vij. Lata est via q̄ ducit ad perditionē: ideo dicuntur manes a manēdo vel stagnū a stando/quia ibi ppetuo manebūt vel stabunt. Job. vij. Sicut cōsumit nubes ⁊ ptransit: sic q̄ descēdit ad inferos nō ascēdet. Mala est ista taberna qr qui ibi posuit aīaz in vadio: neq̄ pro vadio: neq̄ pro cōtra vadio: neq̄ pro fideiussore: neq̄ pro obside potest eā habere. Qui ibi cadit nisi miraculose resuscitatꝰ nō resurgit: sicut nec lapis molaris de fundo maris postq̄ ibi proiectꝰ est semper manebit. Exodi. xv. Submersi sunt quasi plumbū in aquis vehemētibus. vn̄ ⁊ Apo. xviij. Sustulit angelus fortis lapidē molarē magnū: ⁊ proiecit in mare dicens. Hoc īpetu mittet Babylon in īfernū. in signū huiꝰ precepit Hieremias Saraie oīa maledicta cōtra Babylonē scribi ⁊ ligari cū lapide: ⁊ pijci in mediū Euphratē ⁊ dici

R Taberna.

Sic submerget Babylon et nō cōsurget a facie afflictiōis quā ego adducā sup eam. Hiere. lj. Exēplū est etiā de arbore de qua Eccls. ix. Si ceciderit lignū ad austrū aut ad aquilonē in quocūq̄ loco ceciderit ibi erit. Est etiā exēplū de domo dedali de qua ꝗm ꝙ describit dicit ꝙ pōt q̄s faciliter intrare Virgiliꝰ: facilis descēsus auerni. Sz nullus pōt inde exire. Inde debet hō cogitare ne ītret illā domū qr scriptū est Eccls vlti. Tunc ibit hō in domū eternitatis sue. Nullus em̄ libēter illuc ponit bonū pignꝰ: vn̄ redimi nō pōt. Quāta ergo stultitia est aīam suā illuc cōmittere. Exēplū de quadā muliere fatua q̄ aliquātulū intelligebat latinū. Et cū audiret clericos cātātes in officio mortuorꝫ. In īferno nulla est redēptio: cepit alte clamare. Malū est ibi ponere pignus suū. malū est ibi ponere pignus suū: sic repetēdo frequēter. Quicq̄d tamē fit de isto loco cū sit pessimꝰ vt postea planiꝰ videbitur: tn̄ ꝗm Guil. Parisien. infernꝰ est valde bonꝰ locus ꝓpter quatuor. Prio qr est pars regalis domꝰ palatij regis regū: carcer em̄ est pars domꝰ regie valde necessaria ibi em̄ fures homicide ⁊ sic de alijs tenent vincti ⁊ arctissime custodiūtur ne alijs noceant. Scdo qr est formido deterrēs eos q̄ male agere volūt: sicut patibulū ad deterrendū fures ⁊ baboaldꝰ quo mres ⁊ nutrices paruulos minant ꝙ eos deuoret si fecerint hec: vn̄ talis horror cohibet malū in malis. Tertio qr īnumerabiles pctōres ad pniam suo terrore cōpellit et ipsa pctā de cordibꝰ eorū expellit. Eccli. j. Timor dñi expellit pctm̄. Sicut aliqn̄ magni infirmi timore subito ⁊ magno e febribꝰ curant. sic pctōres ab ardore carnaliū ⁊ secularium desiderioru sepe liberant huiꝰ inferni timore. Vn̄ ppter secūdū est medicina pseruatiua: propter tertiū est curatiua. Quarto qr oēs dei iniurias ⁊ ꝓtumelias vindicat ⁊ deū de oībus inimicis suis vlciscit. Si quis em̄ regem diligeret: seruū eius qui oēs cōtumelias ⁊ iniurias regis vindicaret diligeret. Hec Guil. Parisien.

S Bonꝰ.

¶ Ignis corporalis pena a nostro igne in quinq̄ differēs. elemētaris tamē et eternꝰ cuius crematio sine consumptione triplicitER potest fieri: animā quadrupliciter affligit ad dei timorem incutiendum a mundi principio creatus.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Vinto videndũ

Dest de penis ⁊ primo de penis corporis dãnatorũ. Deinde de penis animarũ licet eẽ sint quasi infinite pene dãnatorũ: quia ꝯm Augu. sicut scriptũ est ꝙ oculus nõ vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascendit que preparauit deus diligentib⁹ se. Sic mala inferni dicere aut cogitare vt sunt nemo põt. Peiora sunt quippe ꝙ cogitẽtur. Vñ ⁊ Virgilius sexto eneidos. Non mihi si lingue centum sint oraq̃ centũ. Ferrea vox oẽs scelerũ cõprehendere formas. Omnia penarũ pcurrere noĩa possem. Tamen pro nunc dicemus speciali ter de decem penis tangẽtibus corpus: et de decem puniẽtib⁹ ineternũ ipsam aĩam.

¶ Prima pena est pena ignis ardẽtissimi. iuxta illud Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternũ. et Matth. xiij. Mittẽt eos in caminũ ignis. ps. Ignis succẽsus est in furore meo: et ardebit vsq̃ ad inferni nouissima. Differt autẽ iste ignis a nostro in quinq̃. Primo in acerbitate. Vec aũt acerbitas accipi põt ex cõparatiõe ad tria Primo ad ignem nostrũ materialẽ: beatus eẽ Sebastianus cui angelus ad aurẽ loquẽs astabat dixit ꝙ ignis iste sensibilis ita se habet ad ignẽ gehẽne sicut ignis pict⁹ ad verum: ⁊ sic in infernũ est nostro igne acerbior. vnde ꝯm Aug. lib. de ciui. dei legit in historijs Romanorũ ꝙ ante bellum ciuile Pompeij et Cesaris ita Erna mons igne euomito efferbuit: vt quasi fluuius igneus efflueret vsq̃ ad mare: ⁊ adeo efferbuit vt saxa liquefierẽt ⁊ naues soluerent pice ab eis liquefacta: nec mirũ quia scriptũ est in ps. Montes sicut cera fluxerũt a facie dñi id est furoris dñi. Exemplũ ad hoc celebre et qõ a multis dici solet Parisij cõtigisse. Fuit eẽ quidã magister in artib⁹ quẽ cum redijsset scholaris suus defunct⁹ ⁊ cõdẽnatus ⁊ excussisset quandã guttam de sudore quo affligebat in manũ eius: afflixit eum miserabiliter penetrãs totã manũ et semp apparuit hmõi pforatura ĩ manu eius. Si ergo gutta hmõi tam parua ⁊ forte nõ vera: sed fikis aliquãtulũ vere sic fuit acerba: quãta estimanda est acerbitas ignis illam educẽtis. Si ergo cõsideres quãta sit differentia inter ignẽ pictũ ⁊ ignẽ verũ: cõsidera si potes ardorẽ ignis infernalis portare et sustinere ꝙ tm̃ excedit ardorẽ hui⁹ ignis. O quãta passionẽ sustineres si per horam stares siue teneres digitũ tuum in igne: et maiorẽ si totam manũ: et adhuc maiorẽ si totum brachiũ: ⁊ adhuc multo maiorem si totũ corpus. Quãtus igitur erit ardor gehenne: existimo ꝙ nec aliquis viuẽs dicere aut cogitare sufficit. Esa. xxxiij. Quis ex vobis habitare poterit cum igne deuorãte. et certe scriptũ est. in ps. In ignẽ deijcies eos in miserijs nõ subsistẽt: ⁊ certe ꝯm ps. Iste ignis erit sicut ignis qui cõburit syluã cui nullus põt occurrere. Et sicut flãma cõburens mõtes que est inextinguibilis et que lapides dissoluit.

¶ Scõo ex cõparatione ad artificialia que apud nos calidissima reputãtur puta ad fornaces. Vñ. ps. Pones eos vt clibanũ ignis in tẽpore vultus tui: quãdo vult⁹ dñi super faciẽtes mala. Nũc vt putatur non videt eos quãdo finit eos male agere: tunc autẽ videbit eos ⁊ videbitur ab eis quãdo ꝯm ps. cognoscet dñs iudicia faciẽs. Et sequit dñs in ira sua cõturbabit eos ⁊ deuorabit eos ignis. Sicut eẽ ferrum in fornace totũ fit ignis: sic corpora dãnatorũ ab igne infernali tota penetrabũtur vt ab eo videãtur deuorari. vnde et Viere. j. cõparãtur olle succẽse: vnde dicitur ei. Quid tu vides Vieremia? Ollam succensam ego video vtinã viderent mali sicut vident boni: de q̃bus dicit in psalmo. Videbũt iusti ⁊ timebũt. Mali autẽ nõ vident istũ ignem oculis mentis ideo non timẽt: ideo de eis dicit in psalmo. Nescierũt neq̃ intellexerunt: ideo in tenebris ambulant. vnde ⁊ appellat olla Vulcani. In cronicis eẽ Othonis archiepiscopi dicitur ꝙ apud insulam Barbarã q̃ est iuxta Lugdunum vidit quidã monachus post matutinas vnam nauem velocissimo cursu sine remis volantẽ per aquã Sagone. Et cũ quereret dictus monachus q̃ essent. Respõdit diabolus ꝙ essent demones qui ducebant Ebroinũ maiorem aule regie francorũ ad ollam vulcani proijciendũ: et perpetuo ibi torquendũ ꝓpter mala q̃ sibi et alijs fecerat: qui notauit diem ⁊ horã et ita inuenit eundẽ eadẽ hora decessisse: hic Ebroin⁹ dictum monachũ execauerat vno oculo ⁊ beatum Leodegariũ in oculis tenebrauerat ⁊ occiderat.

¶ Tertio pensari põt hmõi acerbitas ex cõparatiõe ad alia elemẽta. Nam ignis noster facile ab aqua suffocatur: hic

T Ignis.

U Differt

X Acerbitate.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

autẽ ab aqua extingui non põt: vñ ⁊ ignis grecus dicit esse feruẽtissimus qui in aqua ardere dicit: ⁊ qñq; extinguat. Sap.xvj. Quod enim mirabile erat aqua que oia extinguit plus ignis valebat: et sequit. Nix autẽ ⁊ glacies sustinebãt impetũ ignis et non tabescebãt: ignis ardebat in grãdine: et grando nõ tabescebat. Et ita scriptura sacra per hunc ignẽ acerbitatẽ dolorꝭ dãnatorum designat. Quia em̃ magnitudinẽ eterne pene exprimere non põt nisi exẽplificando de tẽporalib⁹ rebus. Et quia ignis penetralior est ⁊ actiuior ceteris elemẽtis: ideo scriptura magis per eum acerbitatẽ pene innuit q̃ per alia: minus tñ dicens et plus significãs. Quidã ꝛo minus creduli dixerũt hunc ignem non esse materialẽ allegantes de diuite. Luce.xvj. ꝙ sic erat de igne sicut de lingua diuitis ⁊ digito Lazari. Sed tũc Lazarus digitũ non habebat: nec diues linguã: sed erant tantũmodo spiritualia repsentatiua eorũ: ergo nec ignis nisi spiritualis: sed hoc nõ est verum: licet enim non possit mõstrari oppositũ. Tamẽ quia scriptura sacra in multis passibus nominat illam passionẽ noie ignis. Eccli.vij. Vindicta carnis impij/ignis ⁊ vermis. Et Judith vltimo de dãnatis dicit ꝙ dñs in die iudicij visitabit illos. Dabit em̃ ignem et vermes in carnes eorũ. hoc em̃ ad experientiã videt in ignib⁹ perpetuis Sicilie. Quicq̃d sit quicũq; sint illi sic increduli bene sentiẽt illum esse materialẽ cũ ardebũt in illo igne. Tunc em̃ credẽt licet valde tarde. ¶ Secũdo differt ignis ĩferni a nostro induratiõe quia iste põt extingui ille non. hoc dixit Esaias ꝓpheta. Esa.vlti. Ignis eorum non extinguet. hoc dixit Moyses. Ignis succensus est in furore meo: ⁊ ardebit vsq; ad inferni nouissima. i. q̃diu paradisus ⁊ infernus durabit scilꝭ in eternum. O ardor interminabilis. Esa.xxxiij. Quis stabit in ardorib⁹ sempiternis deuorabitq; terrã cum germine suo. i. terrenorũ amatores totaliter vret. hoc etiam dixit Joãnes baptista. Matth.iij. Paleas (i. pctõres) cõburet igni extinguibili. hoc intimauit christus dicẽs. Ite maledicti in ignem eternũ. Insanus est q̃ tot testibus non credit. Et si querat quõ ille ignis est eternus cũ sit elementũ corruptibile: cũ etiã non sufficerent omnia mundi cõbustibilia ad ipsum cõseruandum. Respõdetur ꝙ ignis iste non cõtinuatur lignis aut alia materia: sed solã dei volũtate. probat Augu.xxj. lib. de ciuitate dei per exemplũ de montibus Sicilie q̃ ab initio mũdi flãmis vsq; hodie estuãt: et tñ integri perseuerãt. Secõdo per exẽplũ cuiusdã lapidis Arcadie dicti abeston q̃ semel succensus nũq; extinguit. Dicit em̃ ꝙ antiquit⁹ in fano Veneris erant septem lucerne sub dio de dicto lapide qui nũq; aliqua intemperie extinguebant. Si ergo in naturalibus hoc esse põt vt sine cõbustibilibus ignis ꝓpetuet: quãtomagis hoc poterit volũtas dei oipotẽtis pro sua iustitia exequenda. Preterea ignis iste non deficit q̃diu materiã paratã inuenit. Ergo ignis eternꝰ in materia immortali. s. in aĩa semp viuet. Judith.xvj. Dabit ignẽ ⁊ vermes in carnes eorum vt vrãtur ⁊ viuant ⁊ sentiãt vsq; in sempiternũ. Locus em̃ inferni tali igne repletꝰ est: sic ꝙ si totũ mare in eo influeret: non extingueret infelix aĩa que tãto et tam diuturno igne cruciat. ¶ Tertio differt ille ignis a nostro in luce. Nam iste ignis mundialis in se lucem includit. Sed ignis inferni q̃uis sit abũdans in ardore: tamẽ ꝯm ordinẽ diuine iustitie caret luce. Sicut em̃ est aliqua natura ignea vel saltẽ igni similis scꝫ celũ empyreũ ardore carẽs et luce abũdans nõ deseruiẽs cursui naturę: sed solum prouidẽtie diuine ad gloriam bonorũ: sicut credibile est ex oppositro esse naturã igneam feruẽtissimã sed luce carentem. Videbũt nihilominꝰ dãnati seinuicẽ non ad suorũ cõsolationẽ: sed magis vt torqueãtur. vñ Greg. in mora. Illa vltrix flãma vitiorum cõcremationẽ quidẽ habet: sed lumẽ non habet: illic ignis ad consolationem nõ lucet: sed tñ vt magis torqueat ad aliud lucet. Nam sequaces suos secũ in tormento reprobi visuri sunt quorũ amore deliquerũt. Vñ Isidorꝰ. Ignis gehẽne lucebit miseris ad miserie augmentũ vt videant vñ doleãt: non ad cõsolationẽ vt videant vnde gaudeãt. Unde ꝯm bonauẽturam lib.iiij.dist.l.q.j.ij.arti. Ignis est ĩ triplici differẽtia. Est enim ignis purus vt est in propria materia. Est ⁊ alius ignis incorporatus q̃ est in materia aliena: puta ligno vel terra. Et est ignis non tm̃ incorporatus: sed etiã permixtus: vt est ille qui sulphureus est: ⁊ fumosus. Primus est lux et pure lucet ⁊ abũdanter: nisi forte propter nimiã raritatẽ vt vult Aristoteles de igne

V Eternꝰ.

Z Ignis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

in propria sphera. Scōs est ignis carbo et flāma ⁊ hic lucet et tenebras expellit. Tertius ignis fumosus est et talis tenebrosus est: et ille est in lacu inferni iuxta qd̄ plangunt anime misere. Posuerūt (inquiunt) me in lacu iferiori in tenebrosis ⁊ in vmbra mortis. ¶ Quarto differt iste ignis a nostro in cōsumptione: quia iste ignis potest oia sibi ad nutrimētū data cōsumere: vt in pluribus: ille autē non cōsumet: licet cōburat corpora: in eo manētia Job. xx. Luet q̄ fecit oia nec tn̄ cōsumet: ⁊ Apo. ix. In diebus illis querent hoies mortē ⁊ non inuenient eam ⁊ desiderabūt mori et mors fugiet ab eis. pſ. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. ¶ Primo sicut enim oues sine lane sue amissione iugiter perseuerāt. Sic peccatores in inferno positos sine diminutiōe sue substātie semp inueniet pena quos puniat. ¶ Secō sicut depascunt etiā oues herbas quas radicitus non euellūt: sed tantūmodo abscindūt herbarum summitates. sic substantiā dānatorum non depascet ignis: sic ꝙ anihilet sed bene fastus ⁊ superbias. ¶ Tertio sicut nulla est contra lupos defensio ouium: sic nec dānatorū est a lupis iferni liberatio. Vnū figura habetur Ben. xv. vbi dicit. Cum sol occubuisset facta est caligo tenebrosa ⁊ apparuit cliban? fumās et lāpas ignis trāsiens inter diuisiōes carniū holocausti. Solis occasus qui est finis diei finem seculi designat: caligo tenebrosa tenebras inferni significat. bene autē ignis inter diuisiones carniū transisse non cadauera cōsumpsisse dicit: quia iam iudicio peracto ⁊ cūctis in mortalib? factis trāsire per eos ignis poterit: penitus tamē cōsumere non valebit. ¶ Sed dices quō possunt hec corpora sic in igne perdurare: cum tn̄ sit cōtra eorū naturam qua sit passibilia erunt. Omne em̄ qd̄ patitur ſm Aristotelē necesse est corrūpi? Respōdetur ad hoc. Primo ꝙ hec questio faciliter soluet per illud qd̄ habet Job. x. scilz ꝙ ibi nullus est ordo. Ideo si queras quō ibi esse potest ignis sine materie consumptione. Quomodo possunt corpora dānatorū semper cōburi: ⁊ nūq̄ cōsumi: quomodo spūs ab igne patiat corporeo: quō in eodē puteo potest esse aqua frigidissima et calor ignis maxim? absq̄ hoc ꝙ ignem extinguat. Potest responderi ꝙ ibi nullus est ordo: q: nec est ordo nature: nec gratie nec glorie. Nam ordo nature predicta non ordinat: nec talia cōmuniter patitur mirabilia. Et tn̄ ordo diuine iustitie qua predicta post nature ordinē subsistunt: vt licet contra naturam increatā irrationabiliter peccauerūt: ita preter nature ordinē puniē tur. ¶ Secō dicitur ꝙ simile inuenit aliquādo in naturalib? rebus. Nam vt inquit Augustin?. xxj. de ciui. dei. Sicut corpora immutata dolorē ingerunt aiabus per corporea organa que tn̄ non ideo moriuntur: ita pōt ignis infernalis corporib? inferre dolorē non inferēdo mortē. Hoc etiā patet de montibus Sicilie qui cum sui diminutione ppetuo cremātur: ideo si natura his operet similia: facile debet hec homo credere. ¶ Tertio dicitur ſm Ricar. in. iiij. dist. xliiij. arti. vij. ꝙ hec crematio sine consumptione potest tripliciter fieri. ¶ Primo ex dispositione materie cui incorporat ignis ꝓpter hoc em̄ habet variā dispositionē: vt patet de igne fulguris qui quādo incorporatur in tali materia ꝙ calefacit: ⁊ non cōburit et quādoq̄ vtrūq̄ facit: ⁊ qn̄q̄ non ledit materiā mollā et dissoluit durā qn̄q̄ ecōuerso. Similiter lumen a sole emissum deficcat ⁊ receptum a luna humectat. Sic ignis inferni propter dispositionē materie cui incorporat pōt calefacere ⁊ nō cōsumere. Dicit etiā cōiter ꝙ ignis in cinerib? de Junipo factis ꝑ annū integrū pōt reseruari: quare igit ignis iferni nō reseruabit in corporib? dānatorū ꝑ infinitū tēpus ꝑ oīpotentiā dei? ¶ Secō mō hoc pōt fieri ex parte dispositiōis quā habebūt illa corpora in resurrectiōe qd̄ nitit declarare Aug. xxj. de ciuitate dei. Prio de salamādra q̄ inter ignes viuit nec ledit: nec ꝓsumit. Si ergo mirabile ē dolere in ignib? ⁊ tn̄ viuere: mirabili? est in ignib? viuere nec dolree vt salamādra: q̄ igit ſm naturā videt difficilius esse factū quare nō credit ex corporis dispositiōe vel aliquo alio mō fieri primū qd̄ est facili? a deo ⁊ cōditore ipsi? nature. Preterea carnes pauonis plusq̄ ꝑ annū seruantur mortue absq̄ putredine ⁊ corruptiōe vt ipsemet experi? est. Si ergo natura dedit illā virtutē incorruptiōis corpori pauonis: q̄re nō illā dabit corporib? hoīm? Similiter aurū rutilat in igne nec ab igne cōsumitur: immo a pbis aurū iputribile ⁊ incorruptibile affirmat. ¶ Tertio ⁊ principaliter ex parte diuine iustitie, que influit

A Oues.

B Ordo.

C Crematio.

D Augustinus.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

rebus ⁊ sustentat eas sicut sibi placet. Unde Aug. ad Tusentinũ. Sicut ab igne fornacis Chaldeorũ abstulit deus virtutem cõburendi quantũ ad aliq̃d sic ꝙ corpora seruata sunt illesa. Sed mansit quantum ad aliquid: qr ignis combussit ligna ⁊ vincula. Sic dñs a corporib? damnatorũ auferret corruptionem ⁊ nihilominus ea dimittet vrere ⁊ ab eo pati. ¶ Quarto dicit ꝙ non oportet omne qd patitur corrumpi: qr ꝯm Augu. xxj. de ci. dei. Ipse anim? cuius presentia corpus viuit ⁊ regitur dolorem pati potest ⁊ mori non pot: ⁊ sic aliqua res est naturaliter q̃ sensum doloris habet ⁊ mori non potest Hoc autem erit tunc in corporibus damnatorum quod nunc esse scimus in aiabus oim. vñ. Aug. loco superi? allegato. Prima mors aiam nolentem pellit de corpore: secũda mors aiam nolentes tenet in corpore. Abvtraq̃ morte cõiter illud habet vt qd nõ vult aia de suo corpore patiat. ¶ Quito differt ille ignis a nostro: qr iste ignis in aiam nostrã non pot agere saltem sine medio: ille aũt agit in aiam sine corpore ⁊ cũ corpore. Nunc em̃ cum aia exit a corpore in puncto mortis regulariter recipit ꝯm merita vel demerita sua: vt ptz ꝑ illud Luce. xxiij. Hodie mecũ eris in paradiso: ⁊ ꝑ illud Job. xxj. Ducunt in bonis dies suos ⁊ in pũcto ad inferna descendunt. Non est aũt res illa sine igne in qua puncto percussionis exit ignis: sic anima illa nõ est sine igne luxurie vel cupiditatis que in ꝓcussione mortis in puncto illo reddit ignem inferni. Sed ⁊ hoc rõne patet. Naz militi ⁊ mercenario statim debet post laborem qd meruit vel demeruit. Et cũ militia sit vita hoĩs sup terrã. Job. vij. ⁊ sicut mercenarij dies eius: ergo deus tenet qd alijs precipit iuxta illud Ps. Quod ab eo imprecatur. Exurge dñe in precepto quod mandasti. Sed precepit illud Leuiti. xix. Nõ morabit opus mercenarij apud te qd etiã dixit Joh. vlt. Cito velociter reddã vicissitudinem vobis sup caput vestrũ: ergo non differt post mortem dñs premiare vel punire aias a corporib? separatas: sed ⁊ post iudiciũ punietur in corpore ⁊ aia: et in oĩbus membris. Magis em̃ dolebũt in oĩbus membris ꝙ si singula anihilarent: vel scinderent a locis suis: qr oia intus et extra cõburent. Quantus erit dolor quando ignis illese diffundet per omnes partes sicut in ferro incorporatur ⁊ in metallis in fornace positis/ cuz tamen homo nõ sustineret pro toto mundo combustionem vnius membri sui in isto igne materiali. Ezechiel. xxij. Omnes isti es ⁊ stannum et ferrum ⁊ plumbum in medio fornacis scoria argenti facti sunt. Inde dicebat quidã sanctorũ patrum ꝙ nihil esset ꝙ ita timerent dãnati ꝙ ne exirent de inferno: ⁊ ecõuerso nihil beati tam desiderabãt ꝙ egressum de paradiso: qr hoc nõ esset nisi in die iudicij qñ recipient mali penaz in corpore ⁊ aia: ⁊ boni duplicem remunerationem. Inde ps. de malis. Induant sicut disploide cõfusione sua: sicut em̃ cum vtroq̃ scilz corpore ⁊ aia peccauerũt: ita ⁊ iustũ est vt cum vtroq̃ puniant. vnde Apoc. xxj. Timidis aũt ⁊ incredulis ⁊ execratis ⁊ homicidis ⁊ fornicatorib? ⁊ veneficis ⁊ idololatris ⁊ oĩbus mẽdacibus pars illorũ erit in stagno ardenti. Timidis. i. qui timore penarum fidem accipere fugiunt vel acceptã derelinquũt de quibus Luce. viij. Ad tempus credunt ⁊ in tpe tentationis recedunt Et incredulis qui scz futura bona minime credũt. Esa. lxv. Expandi manus meas ad populũ incredulũ: ⁊ execratis. i. excõicatis vel falsis christianis qui sint execrandi ⁊ deo abominabiles. ps. Virum sanguinũ ⁊ dolosuz abominabitur dñs. Et homicidis qui vel voluntatis prauitate vel sermonis ꝑsuasione vel operis ꝓpetratione aliquez occidũt. s. Jo. iij. Omnis homicida nõ habet vitam eternam. Et fornicatoribus. s. Corin. vj. Neq̃ fornicarij regnum dei possidebunt. Et veneficis qui malitie venenũ verbo vel exemplo effundunt crudeliter. ps. Venenum aspidum sub labijs eorum. Et idololatris quales sunt qui per superstitiones se demonibus subdũt. Et omnibus mendacibus quales sunt qui relicto recto tramite veritatis proximos fraudulenter fallunt pars illorum: scz pars punitionis erit in stagno ardente quia ab igne multe sunt alie damnatorum pene. ¶ Cogitem? igitur quantus timor erit his quibus dicetur per sententiam diffinitiuam ⁊ irreuocabilem a summo iudice. Ite maledicti in ignem eternũ. Quem tremorem haberemus si per iudicem temporalem condemnaremur ad carcerem tpalem toto tẽpore vite nostre; ⁊ maiorem tremorem haberem? si cõdemnaremur ad mortẽ. Quan

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tus igitur ille timor ⁊ tremor cum cōdēna
buntur impij ad carcerē eternū ⁊ mortem
perpetuā in acerbitate ignis ardentissimi.
¶ Sed dices cum ille ignis sit corporeus ⁊
anima spiritualis: quō pōt agere in aiam
cum aia calefieri non possit? Ad hoc respō
detur ꝙ ignis inferni quatuor modis in-
fert anime penam. Primo ipsam detinēdo
et alligando: licet em̄ ignis virtute ppria
et naturali hoc non possit cum sit minoris
virtutis ꝙ spiritus: inquantū est tamen in
strumētū diuine virtutis agit in aiam sicut
aqua baptismalis naturaliter tantūmodo
abluit corpus: aiam vo vt est instrumentū
diuine mie. Sic ignis naturaliter cōburit
corpora. Sed inquantū est instrumentū di
uine iustitie punietis agit in aias. Non em̄
plus videt repugnare ꝙ spūs patiatur a
corpore ꝙ res corporea patiatur a spiritu
incorporeo. Sed nullus negat secūdū: cum
oēs cōcedant intelligētias mouere orbes:
igitur. Nō est tn̄ intelligendū ꝙ ille ignis
detineat aiam calefaciēdo vel igniendo vel
deficcando: sed aliquā aliam qualitatē in-
tentionalē lesiuam imprimēdo. Sicut em̄
anima leditur a calore cum est in corpore
nec tamē calefit: sic deus potest vicem cor-
poris supplere: et per ignem torquere illo
modo. ¶ Scō infert ei penam impediēdo
eam ab executiōe proprie volūtatis ne sc̄z
vadat quo velit ⁊ ne possit operari vbi vult
et quādo vult. Unde Augu. xxj. de ciuitate
dei. Sicut anima in sui creatiōe corpori cō
iungitur vt dans ei vitam ꝗ̄ uis illa aia sit
spiritualis ⁊ hoc corporale: ex qua coniun-
ctione aia vehementer concipit amorē ad
corpus. Sic aia ligat igni ⁊ detinet ab eo
vt accipiēs penam ab igne. Ex illa cōiun-
ctione concipit horrorē ⁊ dolorem. Ex quo
patet ꝙ male philosophatus est Auicēna
dicens illum ignem esse imaginariū: ⁊ tor-
queri aias non per corpora: sed per simili-
tudines corporū: sicut dormiētes qui som-
niant et imaginātur ꝙ torqueātur diuer-
sis penis. ¶ Tertio infert ei penam subiu-
gando. Cum em̄ considerat aia infimis re-
bus subdi: que nata est deo frui: habet ma
ximam penam: cum hoc sit maxime sue vo-
luntati contrariū. Cōiunctio em̄ similis ad
simile est creature intellectuali maxime de-
lectabile: dissimilis autē ad dissimile maxi
me tristabile. igitur tam dissimili ⁊ tam vi
li igni subdi maxime sibi ꝓtrariū est vtpo-
te igni ita obscuro vt caligo videat. ppter
quod dicit Job. terrā illam infernalē oper
tam esse mortis caligine. Qui etiā est ita fe
tulentus ⁊ turbidus sicut flāma mixta fu-
mo vt non videant nisi qō est ad augmen-
tum pene ipsorū. Ita vt sicut summa est le
titia spiritibus beatis cōiungi deo quē vi-
dent. Ita summa est tristitia spiritibus dā
natis coniungi illi igni quem experiūtur.
Quarto infert ei penam immutādo ⁊ cru-
ciando. vt patet de diuite (Luce. xvj.) dicē
te: quia crucior in hac flāma. Et si forte ex
diuina dispēsatione aliquādo ad exercita-
tionem vel instructionē electorū damnati
sint extra infernū: tamē vbicꝫ igne inferni
cruciātur. Sicut em̄ gloria beatorū in nul
lo diminuit nec quantū ad premiū essentia
le nec accidētale si aliquādo sint extra celū
empyreū: sic in nullo pena dānatorū dimi-
nuitur licet aliquādo extra infernū ad tem
pus ponant: vnde glossa super illō Jaco-
bi. iij. Inflāmata a gehēna: diabolus vbi-
cumꝫ sit siue sub aere siue sub terra secum
fert tormenta flāmarū. Ait em̄ Beda ꝙ si-
cut homo febricitās quocūꝫ vadat secum
fert calorem excessiuū vnde cruciat. Sic et
demones ⁊ spiritus damnati. Unde Buil.
Hemeticen. Fuerūt duo clerici iuuenes nō
dum presbyteri multū inter se amici circa
annum dni millesimū nonagesimū tertiū
qui pactum inter se inierunt vt quis eorū
prior moreretur alteri vigilāti vel dormiē-
ti appareret infra tres dies: data et acce-
pta corporali fide. Altero itaꝫ decedente
dum alter vigilat nescio quid operis agēs
apparet mortuus vultu exangui ⁊ pallido
qui viuū alloquēs. Agnoscis ne me. Agno
sco inquit. Cur tādiu moratus es? At ille
moram excusans ait. Aduētus meus si vo
lueris tibi fiet cōmodus: mihi oīno infru-
ctuosus. Nam sempiternis deputat? sum
supplicijs. Ait alter. Ego te iuuabo preci-
bus: ieiunijs: et eleemosynis. At ille sine
penitentia sunt iudicia de inferno: ⁊ vt co-
gnoscas vnam de damnationis mee penis
guttam. Et protendit manū sanioso vlcere
stillantē. Videtur ne tibi leuis cruciatus.
Cum autem ille leuem sibi videri referret:
tunc in volam manus tres guttas defluen
tis tabi super eum iaculat? est: quarū due
tempora alia frontem contingentes cutem
sicut ignito iaculo penetrauerūt: foramen
inimicis capax efficientes magnā penam

E corporeus.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

et dolorē clamore protestāte. Hoc erit(inquit mortuus)tibi q̃ diu vixeris penarum mearū graue documentū: ⁊ nisi neglexeris salutis tue singulare monumentū. Vade ergo dum licet muta habitum simul ⁊ animum ⁊ esto monachus Redonis apud sanctum Melanū. Cumq̃ ad hec respondere nollet: mortuus eum oculi vigore perstringens ait. Si dubitas(inquit) cōuerti miser/lege literas istas. Et hec dicens:manū protendit tetricis notis in scriptam in quibus sathanas ⁊ omne inferorum satellitiū ecclesiastico cetui de tartaro mittebant: q̃ cum ipsi suis voluptatib⁹ interessent tantū numerū subditarū animarū paterētur ad inferna descendere predicationis incuria quantū nunq̃ retroacta viderunt secula. His dictis disparuit: ⁊ alius omnia sua tēporalia vendēs apud Melanū monachus factus ibi optime cōmēdat⁹ est. Et si quis
F quereret: quādo creatus est ignis inferni?
Creat⁹ Respōdet primo q̃ a principio mūdi cum alijs creaturis. vnde glossa super illud. Devorabit eum ignis qui nō succēditur. dicit glossa. Ignis gehenne qui humano studio nec accēditur vel succenditur:sed datus est a deo ab origine mundi/ et sicut animalia rapacia ⁊ venenosa ante peccatū erant homini mansueta nec nociua immo vtilia et subiecta. Nec erant parata ad nocendū vel puniendū nisi post peccatū. licet enim habuerint tunc potestatē nocendi ⁊ deuorandi:nunq̃ tamē potuissent in actum nisi homo per peccatū se fecisset materiā deuorabilem. Sic ignis inferni q̃ a principio creatus est potestatem habuit puniendi:sed q̃ actu puniret non habebat nisi dispositionem inueniret in hoīe per peccatū. Dicitur secūdo q̃ finis ad quem creatus est fuit vt deus timeret per eum: licet em̄ homo nondum peccasset/habebat tn̄ potestatē peccādi ⁊ offendēdi deum ⁊ sic habuit vnde deū
B timeret: ⁊ hoc timore initiali q̃ duos habet
Initialis. oculos vnum ad gloriā alium ad penam: ⁊ sic ille ignis ante peccatū ordinat⁹ fuit ad hoc vt ipse deus timeretur in re que posset punire ⁊ nocere et sic se retraheret ab offensa dei. Esaie.xxx. Preparata est ab heri Tophet a rege pfunda ⁊ dilatata:nutrimēta eius ignis et ligna multa:flatus dñi sicut torrens sulphuris succēdens eam. Tophet interpretat aula plena stultorū que est gehenna plena stultis peccatorib⁹ preparata abheri. hoc est a principio mūdi a rege domino deo cuius ligna nutriētia ignē inferni sunt peccata ⁊ flatus dñi influxus diuine virtutis affligens animā ⁊ corpus.

¶ Infernale frig⁹: corpalis pena ab huius mundi frigore quadrupl⁹ differt. Cap. vij.

Secunda pena corporis ē frigor ⁊ acutissimi.

Mat thei. xix. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. glossa. Stridor dentiū de frigore solet excitari: quia ibi transibūt ab aquis niuiū ad calorē nimiū. Job. xiiij. Non vt inquit Albertus magnus libro de sacramētis q̃ fit transitus de loco ad locū sed quantū ad sensum: sicut febricitās prius torquetur frigore postea calore in eodē loco ⁊ in eodem tēpore: sic dānati ꝟm corpus quādoq̃ patiētur ardentissimi ignis dolorem et transibunt ad acutissimū frigus et econuerso. sed quāto spatio stabunt in hac vel illa pena ⁊ quā primo patiētur quando in corpore ⁊ anima concludētur in infernū solus deus nouit. Potest hoc etiā secundo modo fieri vt deportētur de loco ad locū. Vnde ⁊ in inferno non solum dicūtur esse ignes: sed etiā flumina frigidissima. Vnde et poete multa de hoc dixerunt. Sunt em̄ fluuij infernales phlegethon: styx: lethes: cocytus. Potest ⁊ tertio modo fieri vt per idem tēpus simul calidissimo igne torqueātur et similiter frigore acutissimo vt in eis sint duo cōtraria simul ⁊ semel non in se in uicem agentia sed in tertiū ex ordine diuine iustitie. Vnde ⁊ diues epulo torquebat flamma ignis dum dicebat. Crucior in hac flāma: ⁊ torquebat in aqua simul quia dicebat. Mitte Lazarū huc vt intingat digitum suum in aqua. per diuinā em̄ potētiā possunt cōtraria simul stare in esse excessiuo. Si em̄ in maxima dei mīa quā fecit sez in passione fecit: vt cōtraria in esse intēsissimo essent in eadem anima sua sez summū gaudiū ⁊ summā tristitiā: quare non poterit facere vt in ostensione sue summe iustitie sint etiā contraria in eodē. Vnde istud frigus differt a frigore huius mundi quatuor modis. Primo in acerbitate. Psalm. A frigore eius quis sustinebit. ¶ Vn̄ Gregorius. Ibi erit frigus intolerabile ita vt sicut calor ignis excedit calorē huius mundi incōparabiliter: sic frigus inferni frig⁹ istud qd̄ hic sentim⁹. Quātus sit ille dolor
D Frigus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

aliquantulū sentiūt pannorū lotrices que in tempore hyemis de riparia cōgelata ve niunt ad iguem: sentiunt quidē in digitis extremū frigus maxime cum igni appro pinquant. Cōsidera illum dolorē nihil esse ad dolores ignis inferni quantū dolor ille maior erit quādo non solum in extremita te digitorum aut manib⁹ aut pedibus: sed in toto corpore/ ⁊ maxime cum erit transi tus immediatus de tanto ardore ad tantū frigus: plus em̄ sine cōparatione grauabit hec mutatio q̄ si semper eadē sustinerent: quia tunc sustinēdi cōsuetudo videret quo dāmodo penam ⁊ miseriā alleuiare: vnde hec mutatio innuitur in psal. Sicut oues in inferno positi sunt. mors depascet eos. Sicut em̄ oues ducūtur de pascuis ad pa scua: sic isti de penis ad penas: de morte ad mortē: de igne ad niuem: ⁊ semp viuēt sine morte: ⁊ penis mortis pascētur: sicut oues herbis ⁊ nunq̄ illam cōsumēt: quia sem per inueniēt penam qua de nouo pascent. Item sicut oues herbas quibus pascūtur nunq̄ ita consumunt quin aliquā illarum partem saltem radices in terra dimittāt et ita interim alibi pascētur: et cum ad illum locum redierint pascua recentia ibi inue nient. Sic isti quibusdā penis semel pasti et quibusdā demonibus nunc afflicti ab il lis ad alias penas: ⁊ alios demones acce dunt dicēres illud Job. xvj. Saturati sunt penis meis: propter huiusmodi frigidita tem dicuntur aque ille niuiū: quia dicūtur ceteris frigidiores. ¶ Scdo differūt ī lym piditate ⁊ turbiditate. Nā aque frigide ꝓ naturam suam sunt lympide ⁊ clare. Aque vero infernales tenebrose obscure ⁊ plene fumo: sicut dictū est de igne: suo modo erit de aqua in inferno. Unde Gregorius quar to dialogorū. c. xxxvij. narrat de illustri vi ro Stephano qui sibi narrare cōsueuerat: q̄ in Constātinopolitana vrbe pro aliqua certa causa demorat⁹ molestia corporis de functus est. Cumq̄ medicus ad aperiendū corpus quereretur nec inuenirek: subsequē ti nocte corpus iacuit inhumatū: qui du ctus ad inferni loca vidit multa que prius audita nō credidit. Sed cum iudici fuisset presentatus ab eo receptus non est vt dice ret nō hunc adduci: ꝗ Stephanū ferrariū tussi qui statim in corpore reductus alius Stephanus qui iuxta se habitabat eadem hora defunctus est: et sic probatū est vera fuisse verba que audierat. Dicit beat⁹ Gre gorius q̄ ille mortu⁹ est in pestilētia qua dam maxima vrbis Rome in qua videban tur e celo sagitte descēdere ⁊ percutere ho mines. Quidam autē miles in eadem vrbe percussus ad extrema peruenit: q̄ eductus de corpore deinde rediēs narrauit q̄ pons erat sub quo niger atq̄ caliginosus fetens intolerabilis nebulā exhalans fluui⁹ decur rebat: transacto ponte amena erant prata in quibus albatorū hoīm conuēticula esse videbātur: per hunc pontem quisquis iniu stus transibat in fetentē ⁊ tenebrosum flu uium labebatur: ibi vidit immersum Pe trum ecclesiastice familie maiorē: deorsum positū in locis teterrimis magno ferri pō dere ligatum ⁊ depressum: qd̄ cum require retur cur ibi esset: dictum est: quia plus ex crudelitate iustitiā exequebat q̄ obediētie desiderio qd̄ ita asserit beatus Gregorius fuisse. Non em̄ erant nisi anni quatuor qui bus decesserat. In eodē ponte vidit prefa tum Stephanū: qui dum transire voluisset eius pes lapsus est: ⁊ ex medio corpore iam extra pontem deiectus: a quibusdā teterri mis viris ex flumine surgētib⁹ per coram deorsum atq̄ a quibusdā albatis ac specio sissimis viris cepit per brachia sursum tra hi. Cūq̄ hoc luctamē esset inter bonos ma losq̄ spirit⁹ ad corpus reuersus est: ⁊ quid de eo gestum sit minime cognouit. In quo dabat intelligi q̄ mala carnis cum eleemo synarū operatiōe decertabāt. Et sic ptz de fluuijs ⁊ aquis inferni. ¶ Tertia differen tia est in duratiōe in se ⁊ in sua frigiditate: quia aqua nostra pōt calefieri: ⁊ per calo rem cōsumi. Sed aque inferni nunq̄ cale fient nec diminuētur. Ām in inferno calor ignis nō destruet nec mitigabit frig⁹ aque nec ecōuerso. Hoc em̄ sancierūt infideles. Nā Solinus lib. j. de mirabilib⁹ ait. Mirū est q̄ in illa feruētis nature pulcacia mōs Etna mixtas ignib⁹ niues profert. Et licet vastis exundet incēdijs apicis canicie per petua brumalē teret faciē: ita in vtroq̄ in uicta violētia est nec calor frigore mitiga tur: nec frigus calore dissoluit. hec Soli nus. vñ August. lib. xij. de ciui. dei: dicit q̄ fons est in Ethiopia tam frigid⁹ vt de die non bibatur: tam calidus de nocte vt non tangat: cur igit si in eodē naturaliter ista inueniant quare preter nature ordinē pro pter diuinam iustitiam adimplendā hec fiz

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

militer in inferno nō inuenient? Preterea in loco allegato idem dicit ꝙ vna calx cuz ante fit frigida si infundat aqua frigida feruescit/ ⁊ si feruescit et infundat calida frigescit: quare igit nō poterit deus facere ꝑ suā oīpotentiā vnū istoꝝ cōtrariorū alterū fortificare? Preterea ſm eūdez ibidem: palea nature calide est ita vt per eam maturescāt fructus in ea repositi: ⁊ tamē in ea vltra modū cōseruantur niues: quare igitur ibi simul esse non possint summū frigus ⁊ summus calor simul ꝑseruati: qn̄ hec natura operat. Item ſm Solinum in eodez libro: est aliqs fons de die bulliens: de nocte glaciē emittens: ⁊ similiter apud Segestanos dixit esse fluuiū quendā noīe Hellesum habentez ripas cōgelatas/ medium aūt summa exestuatione feruescens Quis igitur deo nō credet ⁊ doctorib? sacrā scripturā legentib? de penis istis contrarijs? quādo vident similia in natura cōtingere: ⁊ testimonio etiā infideliū cōprobata? ¶ Quarta differentia est qz aqua nostra suffocat ⁊ interficit hoīes: sicut videmus ꝙ multi submergunt in aquis. Sed aqua inferni nō interficiet nec submerget dānatos īmo sicut viuunt pisces in aqs sic ꝑpetuo viuēt dānati in aqs inferni cū illis acutissimis dolorib?. O frigus horrendissimuz. O aqua obscurissima ⁊ fetidissima quantus stridor dentium erit ex te in damnatis īmo in toto corpore horrendus tremor vbi erunt stufe Alemānie vbi camini ad calefaciendū tam bene ⁊ artificiose facti: vbi loca amena huius mūdi: iam nō habebūt illa in ꝑpetuū: qz ab illo frigido carcere nullus vnq̄ exibit. Cōsidera ergo quantū dolorem ⁊ quantuz frigus sufferres si sine morte stare posses in glacie hui? mūdi ꝑ noctem vnā nudus: si per septimanam adhuc plus ⁊ si per annū adhuc multoplus. Si igit in ꝑpetuum in frigore acutissimo inferni stent damnati: ita erit pena cogitet qui pōt. O si penas istas attēderemus nō est pena in hoc mūdo quā nō libentius sustinerem?: vt nō ad locū illū infernalem descēderem?. Cōsiderem? igitur has penas vt eas euadere possimus: quia scriptū est. j. Reg. ij. Dn̄s deducit ad inferos ⁊ reducit: deducit ꝑ cōsiderationem illarum penarū ⁊ reducit ꝑ viam penitentie ad gaudia paradisi. Cū em̄ peccando vsq̄z ad portam inferni venit cōsideratione huiusmodi penaruz que cuilibet mortali peccato debentur/ penitens redit ad statum gratie: ⁊ sic ab inferno reducit. Inde Job x. Dimitte me dn̄e vt plangam paululū dolorem meū ⁊c. Considerans em̄ Job hmōi penas ait: dimitte me dn̄e. i. locū pnīe et tempus cōcede. Da mihi tempus vt possim me acquitare tecū per penitentie planctum anteq̄ ad iudicium veniam quando non erit tempus penitentie: per quam possim ista tormenta euadere: sed quo pacto aut precio acquitat se homo cum deo: certe nō ridendo non corpori complacendo: sed plorando. Esaie. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos ⁊c. Et sequitur: dn̄e si sic viuitur: si pro quia: qz ita viuitur: hoc enizz dixit Ezechias cui infirmanti additi sunt quindecim anni ad vitam. Tunc enim non querebat spatiū vite ad ridendum: ⁊ suauiter viuendum: sicut multi cum infirmantur spatium vite desiderant. Non vt penitent non vt fugiant penas hmōi horrendas: sed vt deliciose adhuc viuant: ⁊ peccata peccatis accumulent: ⁊ sic penas illas in maiori gradu post iudicium possideant: ⁊ vt in tpalibus bonis filijs ⁊ filiab? prouideant: ⁊ nō sibi: ⁊ sic tp̄s petunt ad peccandum: nō ad penitendum. Job. xxxviij. Dedit ei dn̄s tēpus penitentie: at ille abutitur eo in superbiaz. Abutitur em̄ qui in alios vsus expendit propter quos non est collatū. Sed posset q̄s dicere. Oportet me multū esse in labore ⁊ dolore ad me acquitandū cum deo. Respondet Job ꝙ nō sed sufficit vt plangā paululū: qz quicquid in hac vita sustineres non solum parum: sed etiam paululum est respectu eius qd̄ minimū est in inferno. Sed dices quando hoc oportet facere. Respondet anteq̄z vadam ⁊ nō reuertar ad terram ⁊c. quasi diceret. Si nō penituero oportet ꝙ ego vadā ad locum tormentoꝝ: ⁊ ꝙ illam penam infernalem ignis ⁊ frigoris perpetuo sustineaz Job. v. Qui timet pruinam irruet super euz nix: pruina modica est et cito transit: et de terra nascitur: et significat penitentiam quam homo volūtarie sustinet in hac vita Nix autem frigidior est ⁊ durabilior: ⁊ desuper descendit que significat penā frigoris eternam que a deo inflicta est. quasi diceret: qui penitentiam temporalem deuitat eternam incurret. Non enim diceretur iustus iudex qui latrones ⁊ homicidas di

J Exhortatio.

K Plangendū.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mitteret ipunitos: qualiter ergo credis ꝙ iudex iustissimus (cuiusmodi est de⁹) te non puniat in futuro ex quo te nõ vis punire in hoc mũdo: nec de peccatis dolere. Job.xxix. Fugite a facie gladij.i.sentẽtie future quoniã iniquitatum vltor est gladius. ⁊ Job.x. Fugiet arma ferrea ⁊ irruet in arcũ eneum Arma ferrea vocat penã tpalẽ ꝑm glossam q: citius rubigine consumũtur. Arcũ eneũ quia durabilior est/vocat eternum suppliciũ quasi diceret qui fugit penã temporalẽ que breuis est incurret eternam que durabilior est. O quanti hoĩes ad illas penas vadent propter suas possessiones: diuitias: luxurias ⁊ alia pctã. Recitat em̃ Albert⁹ magnus libro de sacramẽtis: nuper inquit qui dã maximus clericus ⁊ in sciẽtia famosissimus in lecto mortis visitatus ab epo Parisiensi/⁊ monit⁹ vt in fine renũtiaret pluribus beneficijs ⁊ vnã prebendam tantũ retineret/erubescẽs vel indignans facere contra opinionẽ quam tenuerat. Tentabo (inquit) si poreſt aliquis saluari in plurib⁹ prebẽdis. Post mortẽ suam apparuit epo orãti hora tertia in habitu quo solebat vti: et interrogatus quõ se haberet. Ego (inquit) sum ineternũ dãnatus. Et que est (inquit) eps causa dãnationis. Nimia (inquit) elatio mea dãnauit me. Et quid dicis (inquit eps) de opinione pluriũ prebendarũ. Nihil inquit me adiuuerũt. Et addidit. Dic mihi si adhuc aliquis est viuens in seculo. Et ait eps. Quõ tu tantus clericus ista queris vt tam cito mundũ finitũ esse credas cũ defuncti bona saltẽ naturalia non amittãt? Certe ait. Ex quo mortuus fui tam infinita aiarũ multitudo corruit in infernum ꝙ nõ credebam tot esse viuentes per totũ mundũ. Huius itaq; cõsiderata pena clamemus ad dominũ cũ proposito nos emendandi dicẽtes Saluũ me fac de⁹ quoniã intrauerũt aque vsq; ad aiam meã. Consideramus enim in anima nostra penam illius aque frigidissime quam preparasti damnatis: nunc te faciente te auxiliãte ad te volumus conuerti vt saluos facias nos.

Z Prebẽda.

¶ Damnatorum vlulatus pluribus exemplis dolorosus multũ/propter q̃tuor indeficiẽs potẽtiores acerbius afficiet. Ca.viij.

Tertia inferni pena est magn⁹ clamor doloris absq; cessatione. Credimus em̃ ꝙ sicut in glia erit cãtus letitie sine cessatione tã in angelis btis q̃ in electis. Sic ĩ inferno erit clamor tristitie tã in demonibus q̃ in reprobis hoĩbus. De angelis beatis ⁊ in prefatione de trinitate. Quã laudãt angeli atq; archangeli qui nõ cessant clamare quotidie vna voce dicentes. Sed de planctu inferni ⁊. Apocal.j. Plangent se super eũ omnes tribus terre: etiã amen. Vñ Ber. in meditationibus inquit. In inferno nil aliud audietur nisi fletus et plãctus ⁊ vlulatus/meores atq; stridores dentiũ. Vlulabunt enim miseri sicut vrsus excoriatus. Esa.lxv. Ecce serui mei laudabũt. s. pre exultatione ⁊ vos clamabitis pre dolore cordis ⁊ pre cõtritione spiritus vlulabitis dicentes: dolores inferni circũdederunt me. ¶ O plãctus ⁊ vlulatus qui nunq̃ habebit finẽ. Si viderem⁹ aliquã personam desolatã ⁊ planctũ clamorosum facientẽ certe promoueremur ad cõpassionẽ ⁊ fletum sicut pt̃z in amissione charorũ vbi vix per dies multos recipere possunt cõsolationẽ: ⁊ tamen statim post cessat luctus ille. Quãtus erit clamor ploratus ⁊ vlulatus multus: quia dãnati velut demones vlulabũt perpetuo quasi canes ꝓpter quatuor. Primo propter dei visionis priuationẽ quia per superbiã suã tãtam gloriam perdiderũt: appetierũt em̃ nulli subesse: sed oĩbus preesse sine meritis precedentib⁹. Et multi tales in ecclesia et officijs iustitie qui nõ meruerunt ibi esse qui tamẽ vi ⁊ violentia illic sine meritis introducũtur. Sed tantũ dñs odiuit peccatũ vt (propter ipsum) quos charissimos habuerat abiecit. Si em̃ pro vno motu cordis ad superbiã nobilissima creaturarũ eternaliter ⁊ sine spe dãnata est: ⁊ ipse Adã ⁊ tota posteritas ei⁹ vsq; ad finẽ pro vno esu pomi est mortalitati ⁊ multiplici penalitati subiecta: quid faciet deus de vilissimo cinere ⁊ abiectissimo in altũ se extollenti cũ iacere debeat in cinere ⁊ cilicio immo in ipso sterquilinio? Sic igit̃ clamabũt demones se sciẽtes in celo creatos ⁊ tã magna gaudia ꝑdidisse: ⁊ hec erit pena maxima in ipsis ⁊ in damnatis hoĩbus. Sicut em̃ in celo dulce est audire cantũ angelorũ: sic triste erit audire vlulatũ et clamorẽ demonũ ⁊ perditorũ hoĩm. Sed queres quid clamabũt? Certe maledicent deo q̃ eos creauit. Maledicet Lucifer prim⁹ ille angelus alijs inferioribus quibus ille voluit presidere. Maledicẽt inferiores Lucifero cui in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tam graui culpa consenserunt pctā sua im/ properādo. Similiter et perditis hoīb? im/ properabunt ea dicētes. O miseri qui nris sug gestionibus ⁊ tētationibus cōsensistis. Ecce premiū quod īde acquisiuistis. Vic sta bitis nobiscū velitis nolitis. Accipite quod in eternū meruistis. Clamabunt insup oēs damnati blasphemando deū ⁊ maledicēdo horam ⁊ diē in qua nati sunt: patrē ⁊ ma/ tres qui eos genuerunt. Et sicut triste est in presenti audire clamorem hoīs tribulati. sic multo tristius erit audire clamorē tot dam natorum dicentiū. ve. ve. ve. ꝙ vnq̄ nati su mus. ve ꝙ ꝗm carnem viximus. ve ꝙ vnq̄ in peccatis gauisi sumus: ⁊ filius cōtra pa/ trem/ ⁊ pater contra filium vlulabit ⁊ sic de alijs cuz quibus vel propter quos peccaue/ runt: ⁊ multos alios terribiles clamores fa cient contra se mutuo ad magnam aurium suarū penā. Nec mirū si ita vlulent. qz Job. xx. de quolibet illorum dicitur. Oīs dolor ir ruet in eū. Si ergo dolor vnus irruēs ī mu lierem sic eam affligit vt ita alte proclamet quid erit de illo super quē irruet omnis do lor? Apo. xvj. Manducabūt linguas suas pre dolore ⁊ blasphemabunt deū celi pre do loribus ⁊ vulneribus suis. Refert em̄ Pe/ trus Damianus ꝙ quidā presbyter matrē suā Beneuenti egrotantem reliquit q̄ dum pergeret aliqua causa circa loca illa exundā tibus flammis intendens audiuit clamorez quem matris sue esse cognouit. Notauit ho ram ⁊ tunc comperit matrem suam obijsse. Jtem recitat ꝙ in monasterio sancti Sylue stri in territorio vrbinati quidam monach? obijt ⁊ ab incipiente gallicinij nocturnalis articulo vsq̄ ad secundam diei horam cada uer examine fratribus circūquaq̄ psallēti/ bus iacuit. Cūq̄ ad missam pro eo agnus dei diceretur. Ecce subito mortuus surrexit. Cumq̄ fratres attoniti propi? accessissent vt ab ore illius verba audirent. Ille male/ dicta ⁊ contumelias in deum cepit euomere ⁊ crucem ei oblatam vt oscularetur cōspue re: ⁊ intemeratam dei genitricez ignominio sis opprobrijs lacerare. Et dicebat quare ꝓ me psallitis vel sacrificia offertis. Ego ī ipa flamma tartari sum. Jbiq̄ magister meus ⁊ dominus Lucifer coronam suam ereā in/ extinguibilem semper ardorem candentem mihi ī capite posuit: eiusdemq̄ metalli chla mydē qua induebatur me vestiuit. Erat au tem chlamys tam longa vt tallotenus flue ret tam feruenter ignita vt guttas emitte/ re videretur. Cumq̄ fratres eum vt penitē tiam ageret admonerent: ille anathemati/ zauit se ⁊ omnia redemptoris nostri ore sa/ crilego cōdemnabat mysteria. Tunc mona chi toto corde pro illo orantes pectora tun/ dentes omnibus quibus valebant precum generibus insudabant. Et ecce desperatus ille ad se redit/ saluatoris omnipotentiā lau dat/ sathane ludificationibus abrenuntiat/ crucem adorat/ penitentiam flagitat. Con/ fessus est autem ꝙ post abrenuntiationem seculi in fornicationem inciderat quod qua tenus celauerat ⁊ laudās ⁊ benedicēs deū vsq̄ in diem alteram vixit: in illa sancta cō fessione migrauit. Secundo clamabūt pro/ pter temporis perditionem. Reddituri em̄ sumus rationē de tempore quo vixirimus in hoc mundo. Ber. Nihil preciosius tempore ⁊ eo nihil hodie vilius inuenitur. Transe/ unt dies salutis: ⁊ nemo recogitat. Unde de quodā deuoto dicitur ꝙ dum audiret horo logium sonare semper cogitabat ⁊ dicebat ad deum. O deus meus iam iterum horaz temporis mei cōsumpsi de qua redditurus sum rationem quomodo eam expendi: vn/ de ⁊ damnati singulariter de hoc conquerū tur ꝙ tempus gratie tam inutiliter expen/ derunt. Unde quidam deuotus existens in deuotionibus suis audiuit quandam vocē lugubrem ⁊ quesiuit quid esset ⁊ respondit. Ego sum vna anima damnata. At ille. Cur tā amare fles? At ille respondit. Ego ⁊ oēs anime damnate de nulla re tantuz dolem? sicut te tpe gratie quod inutiliter expēdim? ⁊ peccando cōsumpsimus vbi vna hora po/ tuissemus de pctis nris penituisse/ ⁊ eter/ nam penā quam nunc patimur euasisse. O quātus luctus oīm sed inutilis. Si em̄ dā/ nati singulis diebus flerent ⁊ in fletu solus vno die lachrymam emitterēt ⁊ conseruare tur per dei potentiam: plus de aqua ꝑ pces sum tpis exiret de oculis vnius damnati q̄ sit aqua maris ⁊ totius mundi: qz illa aqua esset infinita cū ibi ꝑ infinitos dies habeāt esse: aqua aūt totius mundi finita est. Jnde threni dicūtur carmina lamētationū a thre naco mōte vbi animarū lamēta sepe audiū tur. O quātū tormētū in auribus dānato/ rū. Hoc em̄ erit ꝑ cātilenis ⁊ vocibus cātā/ tiū in choreis ⁊ ludis dissolutis in q̄b? com mittunt multa ⁊ magna pctā. Tertio sine cessatione clamabūt ꝓpter maximū dolorē

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

penarũ quas patiẽtur. Infirmi eñ dolores vehementẽ sustinẽtes nõ possunt cessare a gemitu ⁊ clamore. Quis eñ abstinere posset a gemitu ⁊ clamore habens digitum in igne huius mũdi vel manũ vel pedẽ/ quod quasi nihil est in comparatione ad ignes inferni quando totus homo in eo ꝓmanebit hec eñ erit grauissima pena ꝑ pcris que nihil proficiet. de qua Sap. v. Dicent intra se penitẽtiã agẽtes ⁊ pre angustia spiritus gementes: ij sunt quos aliqñ habuimus ĩ derisum ⁊ in similitudinẽ impropery. Nos insensati vitã illorũ estimabamus insaniam. hec dicẽt dãnati de illis quos reputauerũt fatuos. Et sequitur. Errauimus a via veritatis: scz euãgelice ꝟm glos. ⁊ iustitie lumen nõ luxit in nobis: ⁊ sol intelligẽtie nõ ortus est nobis: lassati sumus in via iniquitatis ⁊ pditionis ⁊ ambulauim? ꝑ vias difficiles/ viã aũt dñi ignorauim?. Quid nobis ꝓfuit supbia aut diuitiarũ iactãtia q̃d cõtulit nobis? Trãsierũt oia ista tãq̃ vmbra. vñ Sopho. j. Vox clamoris a porta pisciũ. (Cum clamabit. s. surgite mortui) ⁊ vlulatus a secunda pre dolore penarũ. Dicẽt enim illud Viere. xlv. Ve mihi misero q: addidit dñs dolorẽ dolori/ laborani in gemitu meo req̃em nõ inueni. Addidit enim dñs dolorẽ dolori ꝓpter penarũ acerbitatem ⁊ multitudinem. q: ps. Multo flagella peccatoris. Inter ceteros aũt tyranni reges ⁊ principes et diuites altius vlulabunt. ¶ Tum primo q: Sap. vj. Fortioriꝫ fortior instat cruciatio ⁊ potẽtes potenter tormenta patientur. Nõ enim subtrahet personam cuiusq̃ dñs/ nec verebit magnitudinẽ cuiusq̃/ qm̃ pusillũ ⁊ magnũ ipse fecit/ ⁊ equaliter cura est illi de omnibus. ¶ Tum scõo q: eorum pctã grauiora sunt. ¶ Tũ tertio q: post hanc vitam quã duxerũt in bonis ⁊ in gaudio durũ est magis assueta relinquere: ⁊ ad dolorem extremũ pergere. Infelicissimũ enim infortunij genus est fuisse felicẽ. vñ ⁊ pauperes qui assueti sunt ad mala non ita crudeliter torquebũtur. Esa. xxiiij. Cessauit gaudiũ tympanorũ ⁊ cum sonitu letantiũ conticuit dulcedo citharе/ cum gaudio non bibent vinũ. Quid ergo bibẽt? Sequitur: amara erit potio bibẽtibus illam. Certe fel draconũ vinũ eorum ⁊ fel aspidũ insanabile: ⁊ iterum ps. Ignis sulphur et spiritus procellarũ pars calicis eorum. O si ista sunt in parte calicis quid est in toto calice? Et vere de isto calice bibent ex eo omnes peccatores terre. Vlulate ergo oẽs qui bibitis vinũ in iocunditate quoniã perijt ab ore vestro. Joh. j. ¶ Tũ quarto q: sicut gaudent peccatores de optimo morsello dũ cadit in os eorum. Sic gaudent demones cũ diuites magni ⁊ in mundo reputati cadunt in os eorũ ad deuorandũ ⁊ separant ad eos cruciãdos: vnde Abacuch. j. Incrassata est pars eius ⁊ cibus eius electus. Refert eñ Petrus Damianus ꝙ quidã princeps Salernitanus cum quadã die prosperisset de mõtevellino flãmas erũpere protinus ait: proculdubio aliquis sceleratus diues in ꝓximo moriturus est ⁊ in infernũ descensurus. Est enim talis consuetudo in illis partibus vt imminente morte diuitis reprobi monsille flammas euomat piceas ⁊ sulphureas ijs dictis superueniẽte: proxima nocte duz idẽ princeps securus cum meretrice concũberet expirauit: quẽ illa ignorãs diutius super se pertulit vt post ea referebat ⁊ vix tandem a se non hominẽ sed cadauer proiecit: hec Damian?. ¶ Quarto clamabũt propter venie desperationem. Scient enim dãnati ꝙ perpetuo in illis penis stabunt iuxta sententiã summi iudicis dicentis. Discedite a me in ignem eternum O quãta materia desolationis ⁊ planctus perpetuitas illa tormentoꝝ. Quomodo ergo illã perpetuo sustinebunt qui hic modicam penitentiã sustinere nõ possunt? Quãtus luctus cõsiderare misericordiã dei quã perdiderunt ⁊ ex aduerso iustitiã dei/ in quã horrende nimiũ inciderunt iuxta illud Hebre. x. Horrendũ incidere in manus dei viuẽtis. Quã inutilis etiã quia si tota aqua maris esset ex lachrymis eorum/ non sufficeret ad lauandũ maculam vnius peccati mortalis. In inferno enim erit satis stimulus penitentie. Sed ibi nulla erit correctio voluntatis. Quantum autem clamor iste penalis sit patet ex duobus exemplis. ¶ Primum habetur in gestis fratrum Predicatorum. Nam in cõuentu Bononien. accidit ꝙ quidam nouitius fuit tentatus. Volens autem dominus eum cõfirmare misit ad eum dum dormiret quẽdam iuuenem dicentem Veni ⁊ ostendam tibi vnam de penis inferni et dum venisset ad quẽdam montem apparuit ei quasi quedam ianua que erat in monte: et tunc exiuit tanta densitas ardentium fauillarum et tantus fetor. Audiuit etiam cum hoc tantum fletum et vlu-

Ms Potentes.

n Penalis.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

latum ꝙ ex terrore dormiens tam horribi-
lem vocē ⁊ tam clamosam emisit ꝙ nō dor
miret frater in dormitorio qui nō esset exci
tatus. Profitētes oēs simul esse impossibi
le: ꝙ tā horribilis vox posset formari. Tūc
excitatus nouitius narrauit visionē: et vix
per tres dies loqui potuit tam fortiter cla-
mauerat. Aliud exemplū ex vita sancti Dū
stani quōdā Cantuarien.archiepi:qui cū re
ligiosus esset et se occuparet ad aliqd opus
salubre parandū:ecce demon circa vesperā
cellā adolescētis petit ⁊ postulat sibi quip-
piam operis fabricari:cuius calliditatē nō
aduertēs cepit ad ipm intēdere: interim ce
pit hostis verba cōponere de mulieribus ⁊
luxurias cōmemorare: deinde religionem
ostendere et denuo eadē repetere:qd atten
dēs Dūstanus tenacula quibus ferrū tene
bat cepit fortiter ignire: et supressis labijs
christū inuocare. Deinde sancto furore act?
celeriter ea cadētia de igne rapit: ⁊ larualē
faciē includit:totis etiā viribus monstrum
introrsum trahit. Sed ille talē vlulatū grā
di rugitu fecit dicens. O quid fecit caluus
iste: erat em caluus ꝙ tota vicinitas ad eū
cōgregata est:scisciātāsquis ille clamor fuis
set qui tanta eos vehemētia dormiētes ter
ruisset. demonis ait furor ille fuit. Caute
vos ab illo agite:quia si vocē irati ferre nō
potuistis societatē dānati quo pacto susti-
nebitis. Predicta igit quatuor causa erunt
clamoris cōtinui dānatorū: et hoc qr ꝙdiu
vixerunt clamorē dni Jesu noluerunt audi
re. Clamauit em dns doctrinā suam et viā
salutis edocēdo. Luc.vj. Ipse iter faciebat
per ciuitates et castella predicans et euāge
lizans regnum dei. Et hec dicēs clamabat.
Qui habet aures audiendi audiat. Clama-
uit etiā p suos predicatores quibus dixit.
Eūtes docete oēs gentes baptizantes ⁊c.
docentes eos seruare oīa quecūq mādaui
vobis. Et Prouerb.j. Sapiētia foris predi
cat in plateis dat vocem suā in capite tuba
rum dicens. Usq quo paruuli diligitis in-
fantiā: ⁊ stulti ea que sibi sunt noxia cupiēt
et imprudētes odibūt scientiā. Cōuertimi-
ni ad correptionē meā. En proferam vobis
spiritū meū ⁊ ostendā verba mea:vocaui ⁊
renuistis. Extēdi manum meam et nō fuit
qui aspiceret. despexistis omne cōsiliū meū
et increpationes meas negleristis. Ego q̄q
in ꝛeritu vestro ridebo: ⁊ subsannabo vos
cū vobis quod timebatis euenerit cū irrue
rit repentina calamitas et interitus quasi
tempestas ingruerit quando veniet super
vos tribulatio et angustia. Tūc inuocabūt
me et ego non exaudiam eos:eo ꝙ exosam
habuerint disciplinam: ⁊ timorem dni non
susceperint. Omes enim medici de salerna
tunc non poterunt eis subuenire: nec medi
cinam prestare. Sed dicetur eis illud Hie-
re. xxx. Insanabilis est dolor tuus propter
multitudinē iniquitatis tue: et propter du
ra peccata tua. Nulla em erit eis vnq̄ eua
sionis spes. Sed dicetur eis cū magna de-
risione illud Esaie.l.c. Ambulate in lumine
ignis vestri:et in flāmis quas succendistis
vobis in doloribusdormietis:si dormiatis
supple qd erit tunc impossibile. Quis enim
dormire posset in igne aut in flammis/aut
in tantis doloribus?

¶ Quarta corporalis pena fumus/ex quo
dānatis quatuor pueniunt mala.s.capitis
turbatio:sensuum occupatio:corporis deni
gratio: ⁊ inferni obscuratio. Capitulū.ix.

Quarta pena erit fumus absq̄ euacuatione. Nō enim erunt in inferno fenestre/ aut aperture terre vel fracture per quas iste fumus exire possit: immo ibi concludetur ille fumus vndiq̄ terra absq̄ quocūq̄ meatu. Inde dicitur camin? Apo cal.ix. Obscurat? est aer de fumo putei. Et iterum Ps. Ascendit fumus in ira eius:et hoc ideo qr nō cessat crescere materia incē-
dij.s.anime et peccata. Quanta erit hec di-
uitibus et magnatibus pena: qui in volu-
ptatibus suis edificauerunt sibi domos nō
fumosas:et qui ita timebant fumū vt cum
magnis expensis eum expellerent:nunc au
tem erunt in loco pleno fumo et luctu. Et
qui ita corde duri fuerunt ꝙ nullam habe-
bant lachrymam deuotionis vel contritio-
nis:ibi incessanter flebunt ex vtraq̄ parte
corporis scilz et anime:et mala que merue-
runt ⁊ bona quibus se priuauerunt. Sicut
enim ligna dura viridia et quercina que si-
ne humore esse videtur:cū in camino ignis
cōburūtur: in vtroq̄ capite fumāt ⁊ sudāt
et aquam stillant. Sic ipsi in aīa ⁊ corpore
lugebūt. Esa.lxv. Vos estis fumus in furo
re meo ignis ardēs tota die. O q̄ magn?
est fletus in sensu illius ignis qn tātus est
in solo visu remoto in sola consideratione.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ñ Apoc.xviij. Plangēt super illā videntes fumū eius ⁊ lōge stantes propter timorem tormentorū ⁊ flentes ⁊ lugētes. Ñ quidā senex magnus cū a visione inferoꝝ redijsset inconsolabiliter flebat/dicens se audiuisse voces innumeras dicētes ve mihi ve mihi quia nō fleui: fletus eñ ibi est inutilis q̄ tamen hic preciosus est. Similiter vt habetur ex vitis patrū. Fratres cōmorātes in Scythia miserunt ad beatū Machariū vt ad eos accederet/alioquin oēs ituri essent ad eum. At ille cū venisset rogatus vt faceret verbū ait. Ploremus fratres ploremus hic ante deum anteq̄ lachryme nostre corpora nostra cōsumant ⁊ succēdant. Ñ ⁊ beatus Arseniꝰ legitur toto tēpore vite sue fleuisse et inter opera manuū semper tersoriū quo lachrymas incessanter effluentes abluebat Ideo si nō potes habere lachrymas cōpunctionis pone oculos mētis tue ad fumū inferni: ⁊ sic lachrymari poteris: qz si vapor cepis ⁊ alliorū facit oculos lachrymari: multo fortius memoria illius vehemētis et intolerabilis feroris exhalantis: ⁊ nō solum hic fumus flere facit: sed etiam oēm demoniorū tentationē eneruabit. Nam vt habet Tob. vj. iste fumus extricat omne genus demoniorū. Consideremus ergo quāta pena esset hominē esse in fumo vnius camini igne magno succenso etiam si tantū ibi per horā staret: ⁊ maior pena si per diē: ⁊ adhuc multo maior si per septimanā. O quāta pena erit esse in illo fumo carceris infernalis perpetuo. Ex isto fumo prouenient dānatis quatuor pene. ¶ Primo capitis pturbatio Ps. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius: omnis sapiētia eorū deuorata est. Si enim fumus carbonū hic ita caput perturbat vt nesciat homo quid faciat: q̄d faciet fumus ille vbi tot carbones succensi quot dānati? ps. Carbones succēsi sunt ab eo. In modū enim carbonū penetrabuntur igne inferni. Si eñ ebrij sunt hoīes quandoq̄ qui comedūt panē de gaza que significat discordiā vel qui continue bibunt in taberna: et tunc turbant ⁊ in contrarias partes agitantur. Non est mirabile si ad modū ebriorum turbabūtur in capite qui in loco discordiarum habitāt. vbi odiū perpetuū/furor eternus/ vbi continue bibūt de vino ire dei. Et sicut naute in maxima tēpestate: quantūcumq̄ sint in illa arte scientes nauē dimittunt ire quo voluerit veniat īde quo erit possibile: et hoc qz per suā artem nihil possunt cōtra illam tēpestatem. Sic quantūcūq̄ fuerint in hoc mūdo sapientes mundana sapiētia vel literati diuina cū ceciderint in illum fumū cōtra tempestatē illā nihil poterunt: qz tunc omnis sapientia eorū deuorata est. Preterea si in hoc mūdo ex isto fletu cito cōturbatur caput: quantū turbabūtur in īferno qui illic perpetuo flebunt. ¶ Sed queritur quō ibi flebunt: vtrū per lachrymarū effusionē? Et videtur q̄ sic: qz ibi erit fletus: fletus autē non est sine aqua: igit. Respōdet doctor sanctus in quarto libro cōtra gentiles. c. xc. q̄ in corporib? damnatorū post resurrectionē nihil prohibet corporaliter fletum esse ⁊ stridorē dentiū. dūmodo per fletum nō intelligatur lachrymarū deductio: qz ab illis corporib? resolutio nulla fieri potest. Sed ibi intelligi debet fletus qz est ibi dolor cordis conturbatio oculorū ⁊ capitis prout ī fletib? esse solet. hec Thomas. Multi eñ flent qui nō emittūt lachrymas. Sed dolēt cōmuniter caput ⁊ perturbant. ¶ Secūdo talis fumus non solū caput turbabit sed oēs sensus occupabit. Sicut videm? in hoīe existente in fumo ⁊ in illis qui cōburūtur q̄ fumus intrat os/⁊ nares/⁊ oculos. Sic ibi fumus intrabit os ⁊ ceteros meat? damnatorū. Hec eñ erit pena grauissima ipsis oculis sicut experiū est q̄ fumus multū nocet eis. Hec pena erit eis q̄ per oculos peccādo viderūt ⁊ concupierūt huius mundi delectabilia aurū/argentum/vestes/castra/⁊ hmōi concupiscibilia: mulieres non suas cū quibus actū luxurie cōplere desiderauerunt/etiā si non fecerūt. Quia nō solū actus est peccatū tali punitione dignū: sed etiā visio ad concupiscendū sicut dicit dñs. Mat. v. Qui viderit mulierē ad concupiscēdam eā iam mechatus est ī corde suo. O q̄ plures peccāt in talibus visionib? qui se credunt nō peccare: per oculos eñ ⁊ alios sensus ītrat mors peccati ad animas nostras. Unde in lib. de oculo mortali. Oculus corporis est ianitor cordis q̄ si pudicus fuerit quicquid indecēs esse nouit excludit. Nam leonis hoc esse dr q̄ si quis iuxta leonē trāsit ⁊ leonem non respicit illesus euadit. Si autē leonē respicit: ipsum leo deuoraturus inuadit. Sic interdum ex aspectu mulieris inuadit hominē tentatio carnalis q̄ si non aspexisset securus euasisset. ideo Job. xxxj. Pepigi fedus cū oculis meis vt nō cogita-

O Fum?

P Fletus

O Ocul?

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

rem q̃d de virgine.super quo Brego. Illud non licet intueri q̃ non licet cōcupisci. Isidorus lib.de synodis. Tolle materiā delinquendi si vis esse a fornicatione tutus. Esto in visione discretus. Nullus sane mēris exiret ad spectādū basiliscū cuius aspectus interficit:propter q̃ nullus ire debet ad mulieris spectacula. Exemplū in vitis patrum de illo qui quesiuit anseres. Insanus esset habens vas plenū balsamo si illud in media platea poneret ⁊ oībus populis exponeret vt vnusquisq̃ cōtra vas lapidem iactaret. Sic insanus qui habet in corde suo munus gratie tāq̃ in vase debili propter vertibilitatē liberi arbitrij ⁊ thesaurū castitatis ⁊ integritatis in corpore/quod propter pronitatē ad malū est multū fragile qui ad spectacula mulierū ausus est accedere ⁊ vas suū ictibus lapidū exponere. Mulierē em̄ q̃ primū respicit speciei sue similitudinem: mulier quasi lapidē vnū ad vasculū mittit: et secūdo respiciēs lapidē ꝗm mittit ⁊ quādoq̃ ictu primo vas frāgitur:ita vt dei gratia perdatur. Eccli.ix. Auerte faciē tuam a muliere cōpta:⁊ ne respicias mulierē alienam:propter speciē mulierum multi perierunt. Sanctus Dauid propter incautū respectū decidit in adulteriū/proditionem ⁊ homicidiū. Quid ergo nos longe distantes ab eius sanctitate:dicere em̄ debemus deo cū eo. Auerte oculos meos ne videāt vanitatē. Talis igitur visio est quasi fumus ledēs oculos. Ledit etiā hic fumus aures p cantus mulierū. Similiter ⁊ nares per odorem. Philosophi dicunt q̃ pāthera odoris fragrātia attrahit cetera aīalia que postq̃ senserūt suauitatis sue odorē ipsam comitātur etiā vsq̃ ad mortē. Sic plerūq̃ quia cor fatui varijs odoribus delectatur/currit post odorē muliebriū vnguentorū. Similiter per tactū ⁊ oscula interficit:vt patet de Samsone in gremio Dalile excecato. Mulier em̄ mēstruata vt dicit Philosophus si speculū mundū aspiciat ipm̄ inficit: etiā vt vix aut nunq̃ illa macula deleri possit. Caueamus igit̄ a tali fumo ne postea fumum patiamur inferni. ¶ Tertio ex tali fumo sequit̄ corporū denigratio. Corpora em̄ damnatorum erūt nigerrima ⁊ turpissima. Esa. xiij. Unusquisq̃ ad proximū suū stupebit: facies cōbuste vultus eorū. Sicut enim corpora electorū erunt pulchra ⁊ clara: sic ista erūt turpia ⁊ deformia. Ūn Aug.lib.de natura. Sicut ignis iste oīa lucida suo fumo deturpat:sic ignis inferni reproborū corpora denigrat ⁊ obscurat. Patet etiā exemplū in igne qui cōmuniter dr̄ sancti Antonij q̃ in presenti vita deturpat mēbra:quāto magis iste cū ille nō sit nisi istius vmbra. Thren. iiij. Denigrata est super carbones facies eorū. Johel.ij. Oēs vultus redigētur in ollā ⁊ Naum.ij. Facies eorū quasi nigredo olle que quantūcūq̃ sit pulchra ⁊ lucida cito fit nigra dū bullit ad ignē. Si Ethiopes sunt ita nigri a solis calore quāto magis illi qui tangūtur ab isto inferni igne. Ūn potest dicere dānatus illud Job.xxx. Cutis mea denigrata est super me:⁊ ossa mea aruerunt a caumate. Ūn ⁊ qui volunt repreſentare demones:facies suas denigrāt. Tunc enim facies mulierū cum damnate erunt quas ita mūdas tenuerunt vt nec in eis minima macula esset:erunt turpissime ⁊ nigerrime. Et sicut in celo iuxta apostolū erit alia claritas martyrū alia virginum alia confessorū alia eorū q̃ in matrimonio sancte vixerūt. Stella em̄ a stella differt in claritate. Sic in inferno erit alia turpitudo dānatorū ꝗm suorū peccatorū maioritatē. Et ideo volūt aliqui doctores dicere q̃ sicut in celo apparebunt aliqua signa meritorū:sic ⁊ in inferno habebunt in corporibus signa suorū demeritorū. Sicut in fure manus retro ligātur ⁊ in homicida cōmuniter ligantur ante/ad ostendendū suū delictum. Qui ergo plura peccata cōmiserunt plura signa et magis turpia in suis corporib̄ habebunt. Etiā illud mēbrū in quo homo plus peccauit maiorē penam habebit/⁊ maiorē deformitatē. Si igitur nil aliud esset in dānatis nisi tāta nigredo ⁊ deformitas corporū:propter hoc pctā abhorrere deberemus. ¶ Quarto ex isto fumo erit inferni obscuratio. Sicut em̄ videmus q̃ fumus facit domū obscuram:sic ille maximus fumus infernū faciet obscurū et tenebrosum. Apoc.ix. Fumus tormētorum eorū ascendet in secula seculorū. Inde est q̃ infernus dr̄ locus tenebrosus. Ūn Aug.in libro de triplici habitaculo. Tria sunt subōipotentis manu habitacula/summū/medium/⁊ imū:quorū summū regnum dei vel regnum celorū dicitur:imum vocatur infernus/mediū presens mundus vel orbis terrarū appellatur:quorum extrema omnino sibi inuicē sunt contraria et nulla societate coniuncta. Que enim societas potest esse lu

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cis ad tenebras ⁊ christi ad Belial. Mediū autem nōnullas habet similitudines ad extrema: lucem em̄ habet ⁊ tenebras/frigus et calorē/dolorem ⁊ sanitatē/letitiā ⁊ merorem/odiū ⁊ amorē/bonos ⁊ malos/iustos et iniustos/regnū ⁊ subiectionem/famē et satietatē/vitam ⁊ mortē: ⁊ hmōi innumera quorum omniū pars imaginē habet regni dei: pars altera inferni. Cōmixtio em̄ malorū simul ⁊ bonorū in hoc mundo est/in regno autē dei nulli mali sed om̄es boni. In inferno nulli boni sed om̄es mali vterq; locus ex medio supplerur. Hominū aūt huiʒ mundi alij eleuantur in celū: alij trahūtur ad infernū. Similes q̄ppe similibus cōiungūtur. Hec Aug. ¶ Huiusmodi aūt tenebre sunt pessime cōditionis. Primo propter fumum qui nullatenus inde euacuari potest: ita spisse sunt vt nulla luce fugari vel penetrari p̄nt. Sap̄.xvij. Nulla em̄ vis ignis poterat illuminare illā noctem horribilē aut lympide syderū flāme. ¶ Secūdo sunt tante densitatis vt nullus de eis se mouere vel videat vel valeat. Sap̄.xvj. Una catena tenebrarū omnes erant ligati. Erunt em̄ tūc quasi lapis in muro q̄ non poterunt se pro volūtate mouere. Sicut nec Egyptij q̄ sunt istorū figura. de q̄bus Exodi.x. Vir non est motus de loco suo nec cognouit fratrē suū propter tenebras horribiles et palpabiles. ¶ Tertio sunt tante amaritudinis vt morte sint amariores. Job.x. Anteqū vadam ⁊ nō reuertar ad terrā tenebrosam ⁊ opertā mortis caligine. s. fumo terrā miserie ⁊ tenebrarū ⁊c. Unde quidā ductus ad infernū inter alia audiuit quasi quasdā lugubres voces muliebres dicentes. ve/ve/ve/quante sunt tenebre. ¶ Quarto sunt tante abundātie vt impossibile sit eas euadere. in canonica Iude. Sydera errantia quibus procella tenebrarū ineternū conseruata est. Quanta aūt sit pena esse in tenebris perpetuis cum tanta sensuū afflictione nullus est qui possit exprimere. Quomodo igitur tantū fumū sustinebunt qui modicam penitentiā sustinere non possunt? Job.xvj. Cum stillā sermonis eius vix audiuimus tonitruū magnitudinis eius q̄s poterit sustinere? Stilla sermonis eius est penitētiam agite. Tonitruū erit. ite maledicti. i. ideo erubescant peccatores ⁊ deducantur in infernum per considerationem penarū muta fiant labia dolosa: id est non dicant se posse facere penitentiā: sed eam viriliter agant vt penam eternam euadant. quia vt ait Augu. Aut dñs punit aut homo: vt enim dicit Joānes. Matthei iij. Quis docebit vos fugere a ventura ira: in qua vt dicitur. j. Petri. iij. Impij in tenebris conticessent: nec dicent amplius/non possum portare penam quia velint nolint portabunt: ideo per consilium eiusdē facite dignos fructus penitentie.

Tenebre.

¶ Quinta infernalis pena ex quatuor procedet. Capitulum. x.

Uinta pena est odor fetidus ⁊ multū horribilis: inde est q̄ infernus dicitur terra nouissima ad quā omnes sordes cōfluunt ⁊ est quasi sentina ⁊ latrina mūdi. Inde dicitur puteus abyssi a puteo putes. i. feteo feres. Est etiam locus venenosus. Inde dicit herebus ab hesione vermiū ⁊ serpētum. Deutero. xxxij. Dentes bestiarum immittam in eos cū furore trahentium atq; serpentium. Eccli. x. Homo cū morietur hereditabit bestias serpentes ⁊ vermes. Eccli. xxxix. Creati sunt in vindictā impiorum dentes bestiarum ⁊ scorpij ⁊ serpētes. In vita sancti Elphegi Cantuarien. archiepiscopi qui cū abbas esset ⁊ discipuli sui spernentes eius monita ⁊ professionis immemores: medijs noctibus furtiuos cibos emerent et ebrietati operam darent ⁊ quantū poterant lasciuiebant. Sed ira dei illum qui huius sceleris capitalis erat subita morte inuoluens occidit. Nocte vero que diei sepulture eius successerat sancto Elphego sacras de more exequias celebrante. cōtingit infra ambitum monasterij validas voces audiri quasi vim inferentium vel illatam sustinentium. Vir dei ignorans quid esset: cito ad monasteriū tendit ⁊ sonum captans verba discernit domum irrumpit. Et ecce is qui nuper obierat misere afflictus solo iacebat: super quē horrēdi aspectus homines stabant qui taureis et ignitis serpentibus eū flagellabant illo pre doloris angustia vlulante. Hoc illi improperabant nec tuo deo: nec nos tibi quasi dicerent. Nec tuo deo scilicet ventri cessasti seruire nocte ⁊ die: nec nos tibi cessabimus seruire: eademq; sepius reperentes e loco captiuum extraxerunt. Tunc sanctus recedens quod reliquum erat noctis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſſes inſomnium duxit. Orto ſole diſcipulos inſimul ire cōpulit: et que manifeſtāte deo viderat retulit. Vi aūt quos mortui ſcelus ſocialeſ habuerat medij proſiliunt: et erorem fatētur: et praue geſta poſtulāt vlciſci ne diuine vltioni remaneāt obnoxij. Requiſiti aūt vbi conuiuādi locū habuiſſent: illū locū ei deſignant quo defuncti animā ſpiritus nequam cruciauerant. Ex quo apparet quomodo ſerpētibus ⁊ fecibus ibidem cruciātur. ¶ Et quatuor aūt procedere pōt fetor iſte. Primo ex cunctis mundi fetoribus et fetentibus corporibus que ibi congregābūtur. Ait enī Augu. ꝙ in mundi innouatione quicquid eſt ignobile in mundo ad locum penarū et ibi horrorem carceris multiplicabit: et hoc propter quatuor. Primo qr iuſtū eſt ſeruū vlciſci iniuriam dñi ſui: ſi ſit fidelis: ergo iuſtū erit creaturas dei etiā venenoſas et fetidas armari ad vltionem impiorū: iuxta illud Sap. v. Pugnabit contra inſenſatos orbis terrarū cum illo. Et iterū ibidē. Armabit creaturam ad vltionem inimicorū. Secundo quia ad ſtatum bonū cuiuſlibet cōmunitatis expedit eſſe locū vbi ſordes proijciantur: ergo non bene eſſet ordinata ciuitas vniuerſi niſi haberet huiuſmodi locum in quo ſordes eius proijcerentur: ſcz peccatores facti vt ſtercus terre. Et cum his etiam iuſtū eſt alias ſordes ad penam eorum proijci qui in hoc mundo fetorem pauperū infirmorū eos propter deū viſitando et confortando ſuſtinere noluerūt: quib' dicetur a chriſto. Infirmus fui ⁊ nō viſitaſtis me. Sed tales qñqꝫ abuſi ſunt odoribus delectātibus in eis plurima peccata cōmittēdo. Cum igitur nō poſſes ſuſtinere fetorem vnius canis ad nares appoſiti per horā: quomodo tot fetida et ignobilia huius mundi ſuſtinere valebis? Tertio quia ſm Guil. Pariſ. non parum indecēs eſt nec leuiter offendens oculos rectos tanta in mūdo fetulētia tam corporalis q̄ ſpiritualis/tantaqꝫ maculoſitas peccatorū/tātaqꝫ ſcandala quibus impediūtur greſſus ſanctorū: tanteqꝫ contumelie et diminutiones honoris ⁊ glorie dei: ideo veritas dicit Mat. xiij. quia mittet filius hominis angelos ſuos et colligent de regno eius oīa ſcādala: et eos qui fecerint iniquitatem: ⁊ mittēt in caminum ignis. Ideo ad innouationem mundi et decorem expedit omnia que pulchritudinē mundi cōmaculant et offenderent aſpectum ſanctorū: ſordes ſcz tā ſpirituales q̄ corporales in infernū deſcendere. Quarto quia ſimile ad ſibi ſimile cōiungitur: ſed de dānatis dicitur. Corrupti ſunt et abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis. Et iterum. Diſperierunt in endor. i. in fonte generationis: quia vel baptiſmū non habuerunt: vel ſi habuerunt eo male vſi ſunt. Facti ſunt vt ſtercus terre: igitur eis ſimiles putredines vt ſtercora et immūditie et venena cōmergentur. ¶ Secundo orietur hic fetor ex ſulphureis ignibus. Pſ. Pluet ſuper peccātores laqueos ignis ⁊c. In hoc enī q̄ dicit pluet: abundantiam penarum ſignificat. Pluuia enī ſine numero et menſura cadit in hoc quod dicit: laqueos ſignificat q̄ de penis exire non poterunt. Et per ignem doloris acumen innuit. Sed quia ignis ardentius feruet cum ſulphure: ideo ſulphur additur. ⁊ quia ſulphur ſine igne non fetet ideo ſulphuri ignē miſcet. Quātus autē ſit fetor ſulphuris cum igne: ſatis notū eſt ijs qui accendūt candelam cū ſtipulis ſulphureis: ita vt nec vnius minime ſtipule odorē valeāt ſuſtinere. Quātus igitur ſulphuris fetor quando tot' ille ignis inferni erit ſulphure mixtus. De hoc ſulphure dicit Apocal. xix. Apprehēſa eſt beſtia: et cū illa pſeudo propheta qui ſigna fecerat corā ipa que ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtie: et qui adorāt imaginem eis viui: miſſi ſunt in ſtagnū ignis ardentis ſulphure/ et ceteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum qui pcedit de ore eius: et oēs aues ſaturate ſunt de carnib' eorū. Gloſ. Apprehēſa eſt beſtia. i. antichriſtus crudelis et beſtialiter viuens ⁊ pſeudo preuaricatores. i. peccatores antichriſti. Ji duo miſſi ſunt in ſtagnum ignis ardentis. Dicitur enim ſtagnum eo q̄ continet aquas immobiles: et hoc reſpondet ſtabilitati et perſeuerātie in culpa. Dicitur etiam pena inferni ſtagnū: quia ibi mergit eos qui voluptates huius mundi quaſi aquā biberūt. In ſtagno etiā quod pfundum eſt intelligitur aliquid reſpondēs pene ſuperborū. In igne pena reſpondēs auaritie. In ſulphure pena reſpōdens luxurie. Et ceteri. i. ſequētes antichriſtū ſeducti per preuaricationē pſeudo prophetarū occiſi ſunt in gladio diuine ſententie chriſti qui ſedet ſuper equū. i. ſuper humanam naturā: in qua in die iudicij dabit ſententiā diffinitiuā: qr Jo. v. Pater omne

S Fetor.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

iudiciū dedit filio. Et omnes aues.i. sancti qui eleuantur a terra pennis virtutū: iuxta illud Phil. iij. Conuersatio nostra in celis est: saturati sunt.i. delectati sunt carnib⁹ eorum.i. videndo penas inflictas pro operibus carnalibus. In sulphure ergo significatur fetor carnis ⁊ vindicta illius peccati. Gen.xix. Pluit dñs ignem ⁊ sulphur super Sodomam ⁊ Gomorrā. ¶ Tertio erit odor fetidus ex dānatis corporibus exiens. Nā illa corpora fetida erunt et immūda: ita ꝙ quilibet ab alio nauseam et passionē maximam recipiet. Unde sicut caro putrida sup carbones posita magnum exhalat fetorē. Sic corpora ista putrida etiam ex se ⁊ ex calore ignis maximū fetorem emittēt. Si cadauer hominis tantū emittit fetorē vt etiā a viuente homine sustineri nō possit: consideremus quomodo sustinere poterunt dānati fetorem: non tātū vnius/sed quasi infinitorꝫ corporꝫ damnatorꝫ. Legimus enim ij. Machab. ix. ꝙ Antiochus reuertens de Perside elatus in ira cōtra Judeam a deo punit⁹ est vt de corpore impij vermes scaturirent: et cum iam nec ipsum fetorē ferre posset: ita ait. Justum est hominē subditū esse deo ⁊ mortalem non paria deo sentire. vnde ⁊ Joan.xj. dicit Martha ad Jesum. Dñe iā fetet: quatriduanus em̄ est. Hoc autem dixit Martha ne dñs fetore corporis fratris sui grauaretur nesciens adhuc ip̄m a christo resuscitandū. Si igitur tantus fit fetor hominis infirmi vt se pati non possit quando solum disponitur ad intrandū gehennam: vel etiam hominis mortui vt pati non possit ab adsistentibus: quātus erit q̄q̄ intolerabilis fetor corporum dānatorum. Unde Cyrillus in epistola ad Augustinum de morte Hieronymi sic ait. Nepos meus Rufus nomine vtroq̄ parente orbatus ad me venit: qui vtinam ex matris visceribus non exijsset: q̄ pulcher corpore: bonis moribus: honestate: probitate: ⁊ sapiētie elegantia a cūctis colebatur: et a me sic enutritus est ⁊ dilectus vt a pluribus a me genitus putaretur: decimooctauo sue etatis anno expirauit: et tantus fuit luctus vt vix per mensem sufficere potuerit. Sed nec mihi suffecit. Rogaui Hieronymū scire de statu suo et obtinui. Nam oranti mihi die quodam hora nona tantus accidit fetor in loco in quo orabā ꝙ naribus nullatenus poteram tolerare. Sed dum admirarer vnde esset tantus fetor supra meum verticem eleuatis oculis vidi infelicem nepotē a deo terribilis visionis: ꝙ in eū visum imprimere nō audebam. Nam catenis igneis circūligatus fornacis instar flammas fetidissimas erumpebat. Ad hāc visionē subito me tam vehemēs timor irrepsit vt dum pluries loqui vellem formandi vocē nullatenus compos eram. Reuersus postmodū ad meipsum aliquantula voce cepi querere tremebūde si meus nepos esset. Ad hec cū viulatibus et suspirijs vtinā (inquit) nūq̄ fuissem ne tam diris cruciatibus essem deputatus. Post hoc longis completis colloquijs quesiui. Cur diuine misericordie sic fuisset expers/cū in mundo tot virtutibus pollere videbat. Pro nulla re (inquit) me scias damnatū nisi q̄ in ludis maxime delectabar: et quia in morte postposui confiteri: et sic disparuit. Talis eo abeunte remansit fetor: vt in locū illū hactenus nullus audeat introire. Ex quo patet si anima tantū illic fetorem attulit quātū et cadauer eius fetidum attulisset. Sacci em̄ repleri solent immunditijs congregatis: vt extra eijciantur. Ideo peccatores qui sunt sacci diaboli modo replentur immunditijs peccatorū: ⁊ eijcientur extra ecclesiam fidelium in fimo inferni. Ezechiel.xxviij. Repleta sunt interiora tua iniqtate: peccasti et eieci te de mōte sancto dei. Preterea aliter ponuntur hic cadauera mortuorum aliter dānatorū. Nā hic cadauera mortuorū clauduntur ne nares viuētium inficiant. Ps. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. Sed in inferno in medio platee iacebunt cadauera mortuorꝫ nec erit qui sepeliat. Unde differētia est inter mortuos huius seculi ⁊ mortuos alterius. Nam mortui seculi qui sunt peccatores huius seculi possunt resurgere quēadmodum vnus qui dicebat. Tu autē dñe miserere mei ⁊ resuscita me. ideo tales ad tempus fetent scz vsqz quo peniteant ⁊ a peccato resurgant. Sed mortui sempiterni resurgere non possunt: ideo perpetuo fetebunt. Thren.iij. In tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos. ¶ Quarto erit ibi fetor ex horridis demonibus qui ibi perpetuo damnabuntur. Exemplū habemus in vita beati Martini. Nam quadam die diabolus in forma regis purpura et diademate ac aureis caligis ornat⁹/ore sereno/leta facie sibi apparuit. Cumqz am

T Mortuus.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

bo diu tacuissent. Agnosce (inquit) Martine quē colis. Ego sum christus. Tūc ille spiritusancto edoctus ait. Dñs Jesus se purpuratū et diademate renitētem venturum esse nō predixit. Ego christū nisi in eo ⁊ habitu et forma q̄ passus est: ⁊ crucis stigmata habētem presentē venisse nō credā. Ad hanc vocē ille disparuit: ⁊ totā cellam fetore repleuit. Credēdum em̄ est q̄ in inferno demones fetebūt: et maximo fetore cū erūt ibi perpetuo inclusi. O fetor intolerabilis/ Fetor horribilis tot fetoribus aggregatus: si de te frequēter cogitaremus nūq̄ peccata p̄ quibus dānatis hoībus infligeris cōmitteremus. Quid igitur faciēt delicati homines qui nō possunt sustinere fetorē luti aut cuiuslibet alteri⁹ rei: sed apponūt suis naribus rosas et cetera odorifera: quō non timēt tātum fetorē nō vnius diei sed durationis perpetue. Si pati nō p̄nt sed abhorrent eos qui latrinarū stercora mūdāt quō pati poterūt abominationes demonū qui oēs mūdi sordes p̄curāt deducere in infernū. Ut em̄ dicit Petr⁹ Damianus. Oīs caro quāto tenerius ⁊ mollius educatur: tanto deterius in putredinem vertitur. de hoc exēplificat. Nam quedā mulier Sophia filia marchionis cuiusdā petiit a quodā abbate sancti Christophori sepulcrum in suo claustro et tādem obtinuit. qō illa ingressa nescio quo dei iudicio egritudinē incurrit: ⁊ statim post obiit. Cuius tumulus cū esset Gipseus et arte cementario⁹ studiosissime cōmunitus: tantā tamen illuuiem per continuū circiter annū exhalauit vt fratres in tota illa medietate claustri remorari nō sineret. Tales em̄ sic delicati ⁊ odoribus delectati vel putrescūt in inferno vel hic agūt aut ipsis nolētibus vel volētibus penitentiā. Narrat idē Petrus Damianus q̄ dux Venetie habebat vrorē quādam Cōstantinopolitane vrbis: que tam tenere ⁊ delicate viuebat: et tam artificiosa voluptate se mulcebat vt se cōmunibus aquis dedignaretur abluere. Sed ei⁹ serui de rore celi vndiq̄ collecto laboriosum ei balneū preparāt. Cibos suos non tāgebat: sed ab eunuchis eius in minutias conscindebātur: que mox illa quibusdā sustinulis aureis tridentibus ori suo liguriens adhibebat. Cubiculum eius tot aromatibus et thymiamatibus redolebat vt etiam dictu fetidum sit ⁊ auditu incredibile. Sz dum adhuc viueret vibrato super eā iudicij mucrone: corp⁹ ei⁹ omne cōputruit itaut totum cubiculū intolerabili fetore corrūperet. Nullusq̄ illā ferre potuit: vir vna ancilla nō sine specierum redolētium auxilio in eius seruitio remansit: que tamē raptim accedēs cursim recedebat: ⁊ diutius hoc languore decocta ⁊ miserabiliter cruciata amicis letātibus diē clausit extremū. Nec em̄ nisi penituerit iā infernum incipiebat in hoc mūdo. Si sic autem deus punit in hoc mūdo vbi mīa regnat ⁊ imperat quomodo cum iustitia sua mirabili puniet tales in alio qui non sine causa in sacra scriptura hedi appellantur: eo q̄ feti di non solum anima sed etiam corpore appareant et leprosi.

¶ Pauor peccatorum improperatorum et quadruplex seuitia a demonibus damnatis inferuntur. Capitulum.xj.

Visio.

Sexta pena est horribilis visio demonū ⁊ eorū adsistentia importabilis. Nā in multis affligēt eos. Primo quidem pauorē grādem eis prestādo. Sunt em̄ visu horribiles: propter quod depingūtur in ecclesijs sub formis horribilibus: vt describūtur in legēdis Barptolemei et Sebastiani. Unde Job. xx. Vadent et venient super eos horribiles. Ūn er libro de dono timoris. Quidā monachus de nocte in dormitorio cum alijs iacens cepit clamare horribiliter: et cum conuētus surgens conuenisset videbāt eum fixis oculis immobiliter respicientē ad parietē nec ad aliquid respondentē. Sed mirabili horrore cōcussum. In mane autē requisitus a priore quid habuisset. Respondit q̄ vidisset diabolū. Inquisitus autē cuius forme esset. Respōdit non posse facile describere. Sz hoc dico q̄ si esset furnus ardēs ex vna parte ⁊ figura illa ex alia magis eligerē intrare furnū q̄ videre figurā illam. Ideo dixit quidā senex in vitis patrū q̄ si quis videret demones in ea forma in qua visuri sunt eos dānati non posset viuere. Exēplū de Crisantio qui cum infirmaretur ⁊ videret multitudinē demonū adstātium cepit clamare inducias vel vsq̄ mane ⁊c. Et cū hec diceret vertēs se huc arq̄ illuc ne videret eos pre timore mortu⁹ est. Quātus igitur erit pauor ipsis dammatis nō ex sola visione vnius demonis: sed tot quot

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Pauor

sunt in inferno. ¶ Sed quereret quis non ne ex longa mora adinuicē talis pauor cessare poterit? Dicitur q̃ nō: qr oēs ille pene erūt perpetue. Nec erit pauor ex visione demonū tantū: sed etiā ex visione alioꝝ dānatoꝝ propter turpitudinē suoꝝ corporū: immo etiā damnati cū magno pauore seipos aspiciēt: sicut experitur aliquis q̃ horret ⁊ pauet cum videt se habere plagam horribilē. Prouerb.x. Pauor ijs qui operātur malū. Et.xxij. Pauor operātibus iniquitatē. ¶ Scdo pctā eis improperabūt: et qua improperatione dānati multum cōfundētur. Videmus em̄ q̃ ex improperatione peccatoꝝ homines cōfundūtur ⁊ erubescūt. Sic istis demones improperabūt dicētes. Iste est fructus adinuēcionū vestrarū: ista sunt stipēdia laboꝝ vestrorū. Ecce quid nobiscū meruistis/cū vos tentando nobis consensistis superbiēdo/luxuriando/rapiēdo/cogitādo/loquēdo/operādo/detrahēdo/ludendo/et ridendo. Eccli.xviij. Stultus acriter improperabit. Et.x. Exigua dabit et multa improperabit. Nam exigua fuit delectatio pcti in quā demones precipitāt. Sed multa erit improperatio qr durabit in eternū ⁊ vltra. Gregor. Quos habuimus intentores in culpis/habebimꝰ derisores in penis. Et hoc valde timendū est cordi nobili propter qd orabat Dauid. Neq̃ irrideāt me inimici mei. Et iterū. Nequādo dicat inimicꝰ meus preualui aduersus eū. Unde Abac.j. Tyrāni ridiculi eius erūt. Considera ergo quāta pena fit homini in dolore existēti cū improperātur ei peccata sua propter que patitur et que leuiter potuisset euitasse si voluisset: vel paruo tēpore pro eis penitere ⁊ misericordiā cōsequi. Experimur etiā q̃ multi infirmi ꝓpter infirmitatis dolorē nō pnt verba audire cuiuscūq̃. Cogita ergo si potes q̃ grauis pena erit dānatis qui tam infirmi erūt audire improperia suoꝝ peccatoꝝ. Et hec pena respondet detractoribus ⁊ contumeliosis: derisoribus et maledicis precipue q̃uis alia peccata improperētur: ⁊ maxime christianis quibus ostēsa est via salutis ⁊ noluerunt per illam ambulare. ¶ Tertio auidissimi sunt ad eis nocendum: et crudeliter in eos deseuiunt. Primo: dicunt em̄ incitando diuinam iustitiam illud Psalm. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes q̃ te oderunt: ad penā supple. vnde et incitauit dominum aduersum Job. Job.j.et.ij. Sed et cum obtinet quod petit: tunc de eo verū est quod dicitur Esa.v. Frendet et tenebit predam et amplexabitur. Exemplum de beato Martino qui videns mergulos in lacum pisces capientes/dixit. Forma demonū hec est. Insidiantur incautis: incautos capiūt: captos deuorant: et satiari nequeunt deuoratis. Est em̄ diabolus mirabiliter astutus ad nocendum. Unde in vita beati Martialis cum adiuraret idem sanctus demonem mirabiliter affligētem quēdam arreptum vt diceret quomodo vocaretur. Respondit q̃ mille artifex: eo q̃ haberet infinitos modos fallendi et nocēdi. Ideo Apoc.xij. draco dicitur habere septem capita ⁊ decē cornua: quia multas habet astutias quasi capita et multos modos affligendi quasi cornua. Ideo beato Antonio sub specie diuersarum ferarum apparebat: aliquādo enim leonum rugitus: aliquando serpētum sibilos vt eū fugaret fingebat. ¶ Secundo deseuiunt in eos absorbendo. Unde in persona damnatorum dicitur Hierem.li. Comedit me: deuorauit me: absorbuit me sicut draco: repleuit teneritudine ventrem meū. Exēplum Gregorij in dialogo de Theodoro monacho guloso qui in abscōdito comedebat q̃uis reputaretur valde abstinens. Infirmatus autē in fine cepit clamare/dicens q̃ diabolus absorbebat animam eius vt draco: et q̃ pedes eius et genua iā ligauerat/et animam eius iam absorbebat: os suum in ore eiusdē reponens: et hec dicens mortuus est. ¶ Tertio affligent eos percutiendo iugiter. Prouerbiorum.xix. Parata sunt derisoribus supplicia et mallei percutientes stultorum corporibus. Unde in libro de cōtemptu mundi dicitur. Sunt ibi tortores serpētib? horridiores/deformes/nigri: sed non ad verbera pigri. Nunq̃ lassantur/sed semper ad hec renouantur. Ad mala feruentes sunt/ad penasq̃ recentes. O quanta damnatorum pena qui sine pace et requie patientur talia. Sciūt em̄ pueri quantum patientur ex verberibus virgarum. Sed magis paterentur grossis baculis si manu fortissima pcuterentur. Quāta ergo pena cum damnati valde sensibiles percutientur manibus fortissimis demonum absq̃ cessatione. De quibus Eccli xx. Sunt spiritus qui ad vindictam sunt in furore suo: confirmauerunt tormēta sua in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tẽpore consummationis/effundẽt virtutẽ et furorẽ eius qui fecit illos. Non em̃ sunt dei flagella quibus nos ĩ presenti percutit nisi ros in comparatione ad flagella sempiterna q̃bus quasi iratus per manus demonum semper verberabit dãnatos: qd̃ considerans propheta orat dicens. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq̃ in ira tua corripias me. ¶ Quarto affligent eos calcãdo ⁊ opprimẽdo.ps̃. Conculcauerũt me tota die ĩimici mei. Job.xviij. Calcet super eũ quasi rex interitus. Eccli.xrij. Super plumbũ q̃d grauabitur. Arenã ⁊ salem ⁊ massam ferri facilius est ferre q̃z imperiũ demonis. Huius põdus ferre nõ potuit firmamentũ licet firmissimũ. Unde.ij.dialogo. Gregorio. dicit q̃ cũ monachi sancti Benedicti vellent quẽdam lapidem in edificiũ leuare nullo modo poterant diabolo eidẽ insidente. Sed facta benedictione eo cedente lapis celerrime leuatus est. vñ Mat.xviij. Iratus dñs tradidit eũ torturib?.i. demonibus nõ vni sed multis. Si ergo tyrãni multi sic afflixerũt multos/q̃d erit de illis qui incõparabiliter sunt potẽtiores in penis ⁊ põderosiores ad portandũ. Probabile em̃ est q̃ sicut multitudo demonũ nunc cõcurrit ad tentãdum: ita cõcurrit ad puniendum. Esa.xxxiij. Ibi occurrẽt demonia exẽplo bestiarũ que concurrũt ad cadauera. Esa.lvij. Omnes bestie agri venite ad deuorãdũ vniuersas bestias saltus. Considera ergo si esses sub maximo lapide sine morte quãta tibi pena. Corpora autẽ damnatorũ erunt grauissime põderosa ⁊ erunt vnũ super aliud cõpressa in inferno: ⁊ adhuc multitudo demonũ tot grauiũ et fortiũ ad comprimẽdũ. Si em̃ diabolus contra deũ fortis fuit in cruce eũ occidẽdo. Hiere.xlvj. Fortis impegit in fortẽ quanto magis contra hoĩes preualebit. Ben.xxxij. Ipse em̃ est de quo Abachuc.j. Ipse de regibus triũphabit: ⁊ super omnẽ munitionẽ conridebit. Eadẽ em̃ naturalis potentia remanet in demonib?quã habuerunt ab initio dũ fuerunt creati boni: qr Dionysio teste data eis naturalia remanserunt splẽdidissima ⁊ integra. Ñ quia infatigabiles sunt in malũ agendũ ita ⁊ ĩ seuiendũ. Inde Daniel.iij. In figura ꝓ. Non cessabant ministri regis Babylonis succẽdere fornacẽ. Q̃ igitur durũ erit portare tantũ diaboli iugũ his qui respuerũt suaue iugũ christi. Durũ em̃ videbatur dum erãt in hoc mũdo, Sed dum peruenient in alio iudicabunt oppositum: sed tarde nimis. Pondus em̃ magnũ q̃z diu est in aqua faciliter portatur et dum aqua deficit portari nõ potest. Sic peccatũ q̃diu sentitur delectatio in hoc mũdo/faciliter a peccatoribus portatur cum testimonio. ps̃. Iniquitates mee quasi onus graue ⁊c. Sed cum delectatio in inferno desinet tunc portari non poterit.

¶ Damnati qui in mundo similes erant io culatoribus/per septimã penam torquebũtur/inedia/nuditate pudẽdorum/recordatione preteritarum comessationum/⁊ fame canum. Capitulũ. xij.

Eptima pena corporalis est fames crudeliter affligens. Et hec quadrupliciter. Y Fames

¶ Primo tali inedia punientur dãnati q̃ de nulla re nec per se nec per aliũ sibi poterunt prouidere. Incarcerati in carceribus huius mũdi etsi per ipsos sibi prouidere nõ possint: possunt tamen p amicos vt per vxorẽ filios ⁊ cognatos/aut etiã per hoĩes misericordes q̃ eleemosynas eis largiũtur ⁊ sic quandoq̃z bene reficiuntur ⁊ in hoc est eis magna consolatio. Sed non sic erit in inferno: qr nec deũ nec aliquã personam nec aliquã creaturã propitiam habebũt/immo nõ erit creatura que nõ nitatur iniuriã creatoris vindicare. Sap̃.v. Pugnabit pro eo orbis terrarũ contra insensatos. Filios em̃ ⁊ filias vxorẽ et cognatos quos tantũ dilexerunt sentiẽt inimicos p peccatis que pro eis cõmiserunt. Et filius litigabit cõtra patrẽ in inferno: quoniã forte patris exẽplo vsurarius fuit aut per eũ possedit hereditatẽ male acquisitam ⁊ sic dãnatus est. Pater econuerso maledicet filio dicẽs. Maledicta hora in qua te genui quia pro te illicita acquirẽdo dãnatus sum. Sic vxor maledicet viro: ⁊ ecõtrario ⁊ filia matri ⁊ ecõtrario. Mich.lxiiij. Filius cõtumeliã faciet patri ⁊ similiter consurget aduersus matrem: ⁊ sic inimici hominis domestici eius ⁊ sic de alijs qui subditos non correxerunt qui exẽpla peccati dederunt vel qui consortes peccati fuerunt. Nullus ergo erit ibi amicus. Sed omnis homo deus et diabolus inimicus. Nullus erit qui de eis misericordiã habeat/ĩmo letabitur iustus cuꝫ viderit vindictã: ⁊ sic non erit spes alicuius auxilij nec a parte dei nec a parte hominũ. Z Nõ correxerũt

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Quanta igit fatuitas pro amore fatuo cuiusq; alterius se velle dānare qui nō poterit sibi succurrere: immo erit inimicus si sit eius causa damnatus: vel gaudebit de sua dānatione si sit saluat?. O quanta pena habere inimicos quos prius tantū dilexit quietiā si oibus bonis abūdarēt/ in nullo succurrere vellēt. Tūc erga tales oino cessabit pietas et mia. Videte igitur quomodo debetis amare filios et filias: vxores et alios quoscūq;. ¶ Scdo sic pauperes erūt q̄ nudi nec pāniculis quibuscūq; eorū fetida corpora cooperiētur. Naum.iij. Reuelabo pudēda in facie tua: et ostēdā gētibus nuditatē tuā. O deus quid facient tūc viri et mulieres que nūc turpia sua verecundātur videri? Quāta esset verecūdia vni honesto viro vel honeste mulieri nudum vel nudā esse corā magna multitudine populi. Sed maior verecūdia ⁊ cōfusio ipsis damnatis erit esse nudos perpetuo coram tāta multitudine dānatorū et demonū cū illis turpissimis corporibus: de quibus magis verecūdabūtur q̄ si essent talia qualia sunt in hoc mūdo/ etiā cū oibus infirmitatibus presentis tēporis. Vbi erunt camisie delicate: capitegia ⁊ pepla mulierum: et dominarū tunice duplicate et foderate cū caudis amplis: et alijs huiusmodi. Vbi lecti molles cum coopertorijs varijs: vbi puluinaria ⁊ tapeta q̄ pedibus substernūtur ⁊ parietibus applicātur. Oia em̄ talia per cōfragrationis ignē qui precedet faciē iudicis erunt cōsumpta: immo ⁊ oia castra ⁊ palatia et huiusmodi. In his cogitēt qui istis tantū abutūtur vt ad infernū descēdant. Vbi pecunie vbi thesauri ⁊ alia preciosa que tantū dilexerūt vt pro eis acquirendis sint dānati. O dne Ie su vnde nobis tāta insania q̄ tot expēsis ⁊ tāto labore mūdi gloriā querimus ⁊ confusionē inferni nō curamus: immo grauibus expēsis pcuramus. ¶ Tertio recordabūtur preterite refectionis et maxime gulosi/ qui tāta cura ⁊ diligētia seruierūt corpori cum tātis laboribus: et nocte et die vacauerunt comestioni: nō curātes de salute aiarū suarū. Hoc peccato gule infiniti homines dānabūtur. O quāta pena ⁊ quāta cōfusio q̄ pro tam modica comestione et tā breui sint dānati comestione. Sed vt ait Augu. libro de conflictu virtutū et vitiorū. Ne homo fame moreretur deus omia ad esum creauit. Sed ne mēsurā comedendi excederet/ absti-

A Nuditas.

nentiā imperauit. Nā inter cetera sua mala saturitate maxīe panis Sodoma perijt dño attestāte qui ad Vierusalē per pphetā loquitur dicēs. Hec est iniquitas sororis tue sodome saturitas panis. Quapropter sicut egreditur quis ad medicinā: sic ad sumēdas dapes debet accedere: nequaq̄ videlicet in illis voluptatem appetēs sed necessitati succurrens. Incarnata veritas per euangeliū dicit Luce.xxj. Attendite ne grauētur corda vestra crapula. Quō contra de insatiabili voracitate Iudeorū dicit aplus Phil.iij. Multi ambulant quos sepe dicebā vobis: nūc aūt flēs dico inimicos crucis christi quorū deus venter est. Et rursum.j. Cor.vj. Esca ventri ⁊ venter escis: deus autem ⁊ hūc et has destruet. Hec Augu. Talibus ijs deditis dicet sicut illi diuiti q̄ epulabatur quotidie splēdide et sepultus est in inferno. Luce.xvj. Recordare fili quia recepisti bona ⁊c. Mundani em̄ homines similes sunt ioculatoribus qui semp explorāt comessationes et nuptias: et splēdide comedūt ad alienam mēsam et pauperē ad propriā. Sic isti trāsactis temporalibus in bonis et letitia caduca venient ad propriam mēsam in inferno vbi pauperrime comedēt cū dolore et angustia. Totū em̄ hic comederunt: ideo nihil habent ibi quod comedant. Dicetur enim eis tunc in illo cruciatu: recordare quomodo excessus multos et multa peccata cōmisisti in prandijs et cenis ppter que dānatus es. Tunc maledicēt hore et tēpori quibus talia cōmiserūt. Desistamus igitur sic viuere: sed loco excessuū demus eleemosynā pauperi: vt nobis dicat christus in die iudicij illud Matth.xxv. Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare. Venite benedicti patris mei ⁊c. In viris enim sanctis primo sunt ieiunia: ⁊ postea delectatio ⁊ festa. Sed ecōuerso in malis. Ps. Conuertētur ad vesperam: et famē patientur vt canes. ¶ Quarto famē patientur. de quibus Esa.lxiiij. Et vos qui dereliquistis dnm ⁊c. pro eo q̄ vocaui et non respondistis: locutus sum ⁊ nō audistis: ⁊ fecistis malum in oculis meis: ⁊ que nolui elegistis. propter hoc dicit dominus deus. Ecce serui mei comedent et vos esurietis. Ecce serui mei letabuntur et vos cōfundemini. Ecce serui mei laudabūt pre exultatione cordis: et vos clamabitis pre dolore cordis: et pre cōtritione spiritus vlulabitis. Dānati igitur pre magnitudine fa-

B Dapes

C Ioculatorib?.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mis clamabūt. Quāta pena sit fames/possunt scire qui illam passi sunt. In obsidione enim pre magnitudine famis solent homines comedere canes: ⁊ matres proprios filios vt etiā videatur naturalis amor deperire. Sed reuera fames quorūcūq; viuentium nihil est ad illā inferni famē que perpetua erit. Quid facient ecclesie cōtemptores qui modo nolūt ieiunare qui ibi perpetuo velint nolint ieiunabūt tanta rabie famis vt nihil plus sit inexcogitabile. Melius esset hic ieiunare vel minorem famē pati q̄ incurrere illam tam grādem que nūq̄ deficiet. Bene enim esurient illi de quibus Esaie ix. Erit populus quasi esca ignis vir fratri suo non parcet vnusquisq; carnem brachij sui vorabit.

¶ Infernalis potus sitim non satiat: bibēdi desiderium ingerit: os amaricat: dentes mirabiliter cruciat. Capitulum.xiij.

D Sitis.

Qtaua pena erit sitis eterna mirabiliter affligēs. Circa em̄ mēbrū oris in quo specialiter viget sitis: licet etiā totū corpus ⁊ maxime īteriora afficiat: ⁊ hīs penam ⁊ dolorē immittat/erunt quatuor speciales pene. ¶ Primo damnatis aqua presentabitur: sed sitim extinguere nō valebit etiam bibita. Totus em̄ ille carcer erit plenus aqua ⁊ igne: nec aqua extinguet ignē: nec ignis cōsumet aquam: vt dictum est sicut fit in hoc mūdo: ideo sicut ille ignis nō destruet corpora damnatorū: ita nec aqua illa extinguet sitim. Videmus enim q̄ aqua bibita a febricitantibus vel etiam leprosis non extinguit eorum sitim: sed magis inflāmat. Quanta erit pena habere tantā aquā que non possit sedare sitim. Sicut em̄ dormiētes et somniantes credūt se hīre sitim ⁊ bibere: cū ex tali phantastico potu nō extinguatur sitis: tantum patiuntur in tali somno a fortiori si quis summe sitiat in vigilia et habeat aquam et non possit bibere: summe patitur. Sed nihil est in comparatione ad damnatos qui ex aqua tanta presenti sitim extinguere nō possunt. Ibi erit balneū multarū aquarū quo corpus nō mundabitur. Hoc balneū debetur ijs qui se balneāt in aquis tepidis: ⁊ multa pctā cōmittūt: vt pote cū balneāt se viri cū mulieribus q̄ peccata cōmittūt tā videdo q̄ tāgēdo ⁊ loquēdo: et multis alijs modis quos deū nouit: de quibus post hoc in cōfessione nō loquūtur: immo cū talibus peccatis descēdūt ad balneū inferni. Talia balnea nō extinguūt ardorē concupiscētie carnalis: immo accendūt. ¶ Secūdo dānatus sic ex siti cruciabitur quod bibendi cupido nūq̄ cessabit: nec tamē poterūt bibere et in aqua erunt. Hoc dixerūt poete. Finxerūt em̄ tria genera penarū esse in inferno. Nam quidā sunt inter duas rotas plenas rasorijs contra se vertētibus ⁊ incessanter lacerantibus vt Ixion. Hi sunt superbi qui in rota fortune supbierunt. Alij sunt quorū iecur a vulturibus cōtra se trahitur vt voluptuosi. Alij q̄ sitiunt maxime: et sunt in aqua vsq; ad mentum ⁊ nō possunt bibere vt auari: vt dicūt de Tāntalo qui sic visus est in inferno: nec tamen bibere poterat. Unde et diues sepultus in inferno petit ab Abraam vt mitteret Lazarum pro extinguēdo sitim et poneret extremū digiti in aquam ad refrigerium lingue propter ardorem sitis quod nō potuit obtinere. Sunt em̄ ibi ligati: iuxta illud. Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores: sicut furiosi q̄ carent sensu ligari solent: ⁊ ne noceāt incatenari. Sic insensati peccatores qui modo vitā iustorū existimant insaniam. Sap. v. Tūc in inferno ligabuntur: ⁊ ibi perpetuo tenebuntur. In hoc enim mundo vt videtur nullus est ordo. Nam boni et iusti ligantur ne operētur bonū quomodo vellēt ne ascēdāt ad dignitates et alia vbi bene operari possent. Sed stulti nō ligantur: immo vbiq; discurrūt vbiq; ascēdūt. Sed econtrario in inferno sīm ordinē diuine iustitie ligabuntur ne noceāt amplius. Hec aūt pena maxime debebitur his qui per linguam peccauerūt in potu. Sap. ij. Per que quis peccat: per hec et torquet. Sicut igitur ille diues semp sitit quia peccauerat in bibendo: sic peccatores qui in hoc peccāt multū sitient in inferno si in talibus peccatis moriātur. O quāta pena semper sitire: sicut imaginari pnt qui quādoq; magnā sitim passi sunt. Pro oībus diuitijs quas habuerūt in hoc mundo: pro copia frumentorū et vinorū que habuerūt in cellarijs nō habebūt buccellā panis: nec vas aque ad bibendū. Quid igitur faciendū? Certe facere debemus sicut peregrini qui exeūtes de patria sua faciūt burlarios quibus sua tradūt vt sibi necessaria

E Os.

F Pena.

G Documentū.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

prouideant in patria ad quã tendunt. Sic nos tãq; peregrini qui nõ habemus hic ciuitatẽ permanentẽ: sed futurã inquirimus. Heb. vlti. Bursarijs cõmittamus: pro quibus christus dicet in die iudicij. Sitiui et dedistis mihi bibere. Ille intuitu huius prouidebit nobis de necessarijs: sic q̃ non indigebimus nec patiemur famẽ aut sitim. Ponũt eni in bursa pro futuro tẽpore qui eleemosynam dant. Eccli. xvj. Eleemosyna viri quasi sacculus cũ eo. Pauperes eni eleemosynas sibi datas in celis portant vt ibi thesaurũ inueniãt qui dederũt. Unde Laurentius dixit tyrãno. Facultates ecclesie quas requiris in celestes thesauros manus pauperũ deportauerũt. ¶ Tertio damnatis sapor erit amarissimus. Erit eni infernus tunc pessimũ hospitiũ dãnatorũ. Primo quia in tali hospitio felle et absynthio potabũtur. Job. x. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidũ intrinsecus. Hiere. xx. Ecce ego cibabo populũ istũ absynthio: et potũ dabo eis aquã fellis. Threñ. iij. Repleuit me amaritudinibus: inebriauit me absynthio. Nõ est tamẽ intelligendum q̃ ibi sit fel: sed q̃ in ore erit amaritudo ac si comederent ⁊ biberẽt absynthium: immo maior: quia nõ possumus per aliquas presentis seculi penas exprimere illas inferni. Sed quantum possumus exprimim' per nobis nota ⁊ sensibilia: semper minus dicendo et maius intelligendo. Nam et adhuc peius potabuntur. iuxta illud Ps. Ignis sulphur et spiritus procellarũ parscalicis eorũ. Deut. xxxij. Fel draconũ vinũ eorũ: et venenũ aspidum insanabile. Esa. xliij. Cum cantico nõ bibẽt vinum: amara erit potio bibentibus illam. Hec eni erit pena pro salsis et speciebus et alijs delicatiuis que hic comedimus et bibimus: et in quibus damnati plura peccata cõmiserũt. Exẽplũ recitat Cesarius. quidam peregrinus sclauinam suam pro vino forti exponens intantum bibit q̃ inebriatus a mente alienaretur ⁊ mortuus estimaretur. Eadem hora ductus est spũs eius ad loca penarum vbi super puteũ operculo ligneo tectum residere conspexit principẽ tenebrarum. Inter ceteros adductus est abbas Lorreie quem princeps multũ salutãs cum calice igneo sulphureũ ⁊ putẽtẽ ei ministrat. Qui cum bibisset amoto operculo missus est in puteum: peregrinus aũt hoc videns fortiter tremebat. Et diabolus alte clamauit. Adducite huc illũ dñm qui sero vestem peregrinationis sue pro vino exponendo/inebriatus fuit. Quo audito peregrinus ad bonũ angelum qui illuc eũ duxerat respiciens/promisit q̃ nunq̃ inebriaretur dũmodo illa hora liberaret eũ. Qui mox ad se reuersus diem et horam notauit et rediẽs in terram suam dictum abbatem eodem tempore obijsse cognouit. ¶ Secundo pessime ibi cubabũtur. quia Esa. xxiiij. Subter te sternetur tinea et operimentum tuum vermes: pro mollibus enim culcitris tineam habebunt: et p̃ varijs coopertorijs vermes. De candela vero quam circa lectũ suum habebunt dicitur Job. xvij. In tenebris straui lectulum meũ. Et Prouerb. xiij. Lucerna impiorum extinguetur. Et. xxviij. Auferetur ab impijs lux sua. Et Esa. lx. Tenebre operient terram: et caligo populos. Et Threñ. iij. In virga indignationis eius me minauit: et adduxit in tenebras et non in lucẽ. ¶ Tertio quia ibi pessime pascẽtur et reficiẽtur: immo erũt pastura ignis. Tales enim sic delicatiui nutriũt carnes suas ad fomentum ignis propter eor̃ pinguedinem. Deut. xxxij. Ignis succensus est in furore mẽtis. Et sequitur. Deuorabit terram cũ germine suo. ¶ Quarto quia illud hospitium est tumultuosum. Sopho. j. Vox clamãtis a porta pisciũ ⁊ vlulatus filior̃ Israel: qm̃ in se fecerũt viã suã. Hiere. xlvj. Audierũt gẽtes ignominiã tuã: ⁊ vlulatus tuus repleuit terrã. ¶ Quinto qr in hoc hospitio vilissime tractabũtur et recipiẽtur: qr nulli propter suã potentiã sapientiã vel nobilitatẽ in aliquo deferetur: quin a deo ⁊ sanctis suis irrideãtur: ⁊ in loco vilissimo collocati et tracti vilissimo cõtẽptui habeãtur. Sap. iiij. Illos aũt dñs deridebit in iudicio suo: et erũt post hec decidẽtes sine honore et in contumeliã inter mortuos in perpetuũ. vnde et Lu. xvj. dicebat malus diues ibi hospitatus ne fratres sui illuc accederent: mitte eis Lazarũ vt testetur illis ne et ipsi veniant in hũc locũ tormẽtor̃. ¶ Sexto quia ibi habebunt hospitem nequissimũ: qr quãto plura pro diabolo fecerit tanto plus torquebit eũ. Apoca. xviij. Quãtũ glorificauit se et in delicijs fuit ⁊c. Et Hiere. vj. Sagittã ⁊ scutũ arripiet: crudelis est et non miserebitur: et cũ hoc faciet eis soluere pessimũ symbolũ: quia Job. xx. Diuitias quas deuorauit euomet: ⁊ de vẽtre ei' extrahet eas

Hospitium.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

deus. Et ibidē. Cum satiatus fuerit arcta/
bitur ⁊ omnis dolor irruet in eum. pſ. Ibi
dolores vt parturiētis: ⁊ ideo Judicū.ij.di
citur. Eleuauerunt vocē ⁊ fleuerunt ⁊ voca
tū est nomen loci illius flentiū siue lachry/
marū. ¶ Septimo propter loci malitiam.
Cum em̄ quis in malo hospitio hospitatus
est: potest inde exire vel aliud querere reme
diū. Sed sic nō erit ex quo quis erit ibi ho/
spitatus nunq̄ inde exibit. Esa.xxiiij. Con/
gregabunt congregatione vnius fascis in
lacū ⁊ claudent in carcere. Congregabunt
em̄ ibi sicut homicide ad patibulum ⁊ sicut
spine ad cōburendū. Esa.xxxiij. Sicut spine
igni cōgregate cōburentur. Stultus enim
esset qui nō pateretur oīa genera penarum
anteq̄ in illam domū se pateret introduci.
Inde est q̄ penitētiā necesse est facere sicut
dicit Job.x. Dimitte ergo me dñe vt plan/
gā ⁊c. alioquin tantū poteris expectare ad
eam agendā q̄ eā velis nolis subintrabis:
q̄ Job.vij. scriptū est. Si sustinuero infer/
nus domus mea est. ¶ Quarta pena respe/
ctu oris erit dolor dētiū. Cum em̄ talis do/
lor pro presenti sit maximus: ita vt plures
quasi fatui reddātur: credere debemus illū
dolorem nō deesse ipsis damnatis ⁊ multo
maiorē q̄ hic patiamur: quia scriptum est
Deut.xxxij. Congregabo super eos mala ⁊
sagittas meas cōplebo in eis: propter hoc
dicit euāgelista quia ibi erit stridor dentiū/
et nō solum ex maximo frigore de quo pri/
dictum est sed ex intēsissimo dolore dentiū.
Hec pena maxime respondet deuoratorib⁹
et detractoribus ⁊ raptoribus qui deuorāt
omnia dentibus suis.

J Dētes.

¶ Infernalis cōfusio ex quatuor prouenit:
ex vili attrectatione/turpi collocatiōe/ ma
gna seruitute/⁊ mala societate. Cap.xiiij.

K Confu/ sio.

Ona pena cor/
poralis erit verecūdia ⁊ con
fusio: et hec confusio erit in
quatuor penis. Primo quia
ipsi dānati tractabunt vilis
sime: q̄ vilius q̄z aliqua res huius mūdivi
lissima. Inde Job.x. hec cōsiderās dicebat.
Dimitte me dñe vt plāgam ⁊c. Ubi vmbra
mortis ⁊ nullus ordo: ibi em̄ non deferetur
regi plusq̄z garsioni: nec pape plusq̄z mino
ri clerico: nec regine plusq̄z paupcule/quin
ita viliter īmo vilius tractētur ⁊ puniātur:
q̄ erunt ibi primi nouissimi: ⁊ hoc est q̄d dr
j.Reg.iij. Qui me contēnunt erunt ignobi
les. Tales em̄ qui in hoc mundo fuerunt in
statu digniori magis debuerūt deo seruire
et ipm̄ honorare ratione status in quo de⁹
ipsos posuerat. Quod si nō fecerūt de ipsis
fiet iudicium durissimū. Sap.vj. Non erit
ergo ordo tunc qui nūc est ⁊ secundū quem
subditi obediunt superiori/ibi non obedient
magis regi garsio q̄ rex garsioni: nec filiⁿ
honorē faciet patri: nec filia matri. O reges
et principes ⁊ alij qui in hoc mundo tantū
dilexistis honores ⁊ reuerētias ⁊ spreuistis
pauperes/cogitate quomodo tractabimini
in inferno. Sed cōtra hoc obijceretur. quia
Sap.ij. Omnia fecit de⁹ in numero/pōde/
re ⁊ mensura/igitur erit ibi ordo. Respōde
tur q̄ ibi erit ordo vno modo et alio modo
nō erit. Ex parte quidē dei punientis est ibi
summus ordo sicut ⁊ in cūctis operib⁹ suis:
¶ Que em̄ a deo sunt/ordinata sunt. Rom.
xiij. Primo quidē seruabit ordinē in cōmu/
tatione culpe in penā: q̄ ibi culpa ordinabi
tur per penā ꝑm culpe exigentiam. Esa.iij.
Agnitio vultus eorū respōdebit eis: ⁊ pec/
catū suū quasi Sodoma predicauerunt nec
absconderunt: ve anime eorū quoniā reddi
ta sunt eis mala: ve impio in malum. Retri
butio em̄ anime eius fiet ei. ¶ Scōo serua
bit ordinē in numero: q̄ non erit cogitatio
dictū vel factū pro quo ibi pena non solua/
tur. Job.xx. Hoc scio a principio ex quo po
situs est super terrā homo q̄ laus impiorū
breuis sit ⁊ gaudiū hypocrite ad instar pre
senti: ⁊ sequitur. Luet que fecit omnia nec tū
cōsumetur iurta multitudinē adinuētionū
suarū sic ⁊ sustinebit: ⁊ sequitur. Deuorabit
eū ignis qui non succendetur. Hec est pars
hoīs impij a deo. ⁊ Roma.j. Reuelabit ira
dei super omnē impietatem ⁊ iniustitiā ho
minū. Dicit omnē vt etiam minorē non ex/
cludat. Sicut em̄ nullū bonū irremunera/
tum: ita nullū malū impunitum. Eccls.xij.
Cuncta que fiunt adducet de⁹ in iudiciū si/
ue bonū siue malum. ¶ Tertio ordinē serua
bit supbos cū superbis/auaros cū auaris
luxuriosos cū luxuriosis puniēdo: q̄d quidē
innuitur. Mat.xiij. vbi parabolice dr a pa/
trefamilias seruis suis ⁊ angelis. Colligite
zizaniā in fasciculos ad comburendū. Erit
em̄ vnus fasciculus omniū superborū: ali⁹
hypocritarū: alius inuidorū et sic de alijs.
¶ Quarto seruabit ordinē/quia in illa par/
te corporis plus punietur in qua plus pecca/

L Ordo.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ait. Lu. xvj. Diues magis cruciabat in lin gua: ideo magis remediū querebat de lin gua: qz in illa parte plus peccauerat ppter illicita verba ⁊ cibos. ¶ Quinto in quali tate qz qui ī luxuria peccauit vbi est ardor in corde ⁊ fetor in corpore ⁊ opere plus ar denti pena ⁊ fetenti puniet. Ita ⁊ q̄ plus peccauit in supbia ⁊ honore plus habebit de cōfusione: qz qui se exaltat humiliabit. ¶ Sexto in quātitate: qz qui grauiora pec cata cōmisit grauius puniet. Apoca. xviij. Quantus glorificauit se ⁊ in delicijs fuit tantū date ei tormentū ⁊ luctū. Sicut em̄ idem ignis nō equaliter agit in lignā viri de ⁊ siccus: sic ignis gehenne licet sit idem ignis vrens oēs impios vt dicit magister nō tn̄ oēs equaliter vret: sed ꝯm delictorū exigentiā. Luce. vj. Eadem quippe mensu ra qua mensi fueritis remetietur vobis. ¶ Septimo etiā seruabit illū ordinem quē ponit Salomon: qz p que quis peccat per hec torquet. Peccat ei miser homo p crea turas male eis vtendo: sic ⁊ p creaturas af fligetur ⁊ eis subijciet qz pugnabit orbis terrarū cum eo cōtra insensatos. Sap. vj. Sed ibi nullus erit ordo multis modis. ¶ Prio qz elemeta ibi nō seruabūt illū or dinem naturalē quē habent ibi. Ignis ei cuius ordo est illuminare ⁊ ardere: ibi ar debit: sed nō illuminabit. ps. Vox dñi in tercidentis flāmā ignis: qd exponens Cy prianus dicit. dñs flāmā ignis intercidet: qz ardorem in inferno ⁊ lumen in celo po net. ¶ Scdo nō seruabit ordo vt ignis se paretur ab aqua: sed erunt simul mixta cū multis etiā alijs vt fumo ⁊ fetore/ nec vnū suffocabit aliud: sed magis nutriet: cui tn̄ oppositū ibi seruatur. ¶ Tertio qz hic cum quis sustinet calorem magnū: nō habet fri gus: aut ecōuerso ⁊ transeundo de vno in aliud sentit refrigeriū saltem in principio sed in inferno vt iam dictum est simul expe riuntur calorem ⁊ frigus sine cōsolatione. ¶ Quarto cū quis in hoc mūdo patit ali quod malum non timet illud: qz timor est de malo futuro. In inferno vo patiendo ti ment damnati ⁊ timēdo patiunt. ¶ Quin to qz nō erit ordo inter reges ⁊ principes ⁊ garsiōes: nec vnus vt dictū est alteri de ferret: sed oēs vilissime absq̄ ordine tracta buntur ⁊ cōfusibiliter punient. Si em̄ or dinis priuatio horrorē inducit apud nos: quanta illa deordinatio vbi oīs deordina tio mundi adducet vindicanda. Sicut em̄ ordo rerū inducit pulchritudinem ⁊ cōpla centiā: ita ablatio ordinis confusionem ⁊ displicentiam. ¶ Scdo in inferno turpissi me locabunt. infernus em̄ est terra tenebro sa terra miserie ⁊ locus in corde terre omī bus miserijs plenus: vt sepe dictū est adeo vt demones timeant illucire immo roga uerunt dñm Luce. viij. Rogo te ne mittas nos in abyssum: libenter em̄ illa legio mer git se in mare vt fugeret abyssuz: lz aliqui sint ibi ad exercitiū damnatorū. Vn̄ Apo. xx. legit angelus diabolū eiecisse ⁊ clausis se in profundo abyssi. Eccli. j. Profundum abyssi quis mensus est nisi forte deus aut diabolus: vt ptz de illo qui beato Andree rndit q̄ ipse cognouerat quantum erat a summo celo vsq̄z in pfundū abyssi. Preter ea quando nobilis psona est adiudicata ⁊ clausa ab aliquo loco vili: puta si rex pona tur in carcere: etiā si nulla alia pena sensi bili cruciaret: ex hac solum incarceratione multū doleret. Cum igitur aīa sit nobilis sima regina ⁊ sciat se esse creatā ad haben dum dominiū totius mūdi: ⁊ sibi cōpetat locus celi empyrei qui est super omnes ce los: et videat se detrusam in centrū terre: qui est locus infimus oīm: vbi etiā ꝯm Ba silium vt iam dictum est in fine mundi fex omniū elementorū reponet/ ⁊ vt ipse dixit: tunc pprietates lesiue oīm elementorū ab eis separabunt virtute diuina: ⁊ in infer num mittent ad cruciatū malorū. Et sic ex tali carcere habent magnam penam vltra alias ⁊ merito: qz enim terram dilexerunt plusq̄ celū: ideo ad terrā cōdemnati sunt: vbi misera aīa sicut cadauer putriduz ab scondet. Vnde ponit quis in carcere mul tis de causis. ¶ Primo vt se corrigat/ ⁊ hic est mundi carcer cuius carceris introit vi lis: sed exitus durissim. Janitor vo diabo lus qui etiā in morte animam christi expe ctabat. ¶ Scdo ponitur quis in carcere vt seruet ad iudiciū: sic peccata in arcano con scientie reprobor vt adducant in diem iu dicij. ¶ Tertio vo ponit quis in carcere vt ibi moriat: ⁊ hic est infernus vbi locabunt oēs damnati ⁊ demones ppetuo absq̄z vl la spe exitus aut cōsolationis. Vbi camere huius mūdi ornate tapetis ⁊ picturis cuz tantis expensis? Vbi castra/ vbi pallatia ⁊ sumptuosa edificia? Vbi lecti molles et alia sumptuosa que hic diligebātur adeo

Peruertetur.

n Carcer.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vt pro talium acquisitione multa cōmittē rentur pctā: emēdo/vendendo cū mendacijs ⁊ piurijs ⁊ fraudib⁹ infinitis: vbi etiā fiebant luxurie ⁊ comessationes? Quanta fatuitas pro re tam trāsitoria ⁊ quasi momētanea tot ⁊ tantas penas ppetuo sustinere velle. Recitat Cyrillus in libro de obitu btī Hieronymi ꝙ q̄dā vocat⁹ Nicolaus Creten. insule eps sibi narrabat ꝙ in Candia sacerdos quidā sue maioris ecclie custos luxurie ⁊ ebrietati deditus migrauit: cuius corpore in ecclia sepulto subsequenti nocte tantus in ecclia ⁊ eius cemiterijs in illa ciuitate fuit sonus ⁊ tremor/ ꝙ pauore vehementi velut amentes singuli de ciuitate nocte illa ad ecclesiā cōfugerent. Audiebāt quidā sonitus cāpanarū ⁊ aliorum horribiles sonos: diuinā orant clemētiam: sed nullum sentiūt exauditionis effectum. Diluculo cessante illo horrore cūcta que fuerant in ecclia reperiūt reuoluta: et quasi vndiq̄ flāmis igniū violata. Ad hec memoratus pontifex orōnes indicens populo q̄d sequenti veniat nocte precipit expectari. Sequenti aūt nocte duplex strepitus ⁊ pauoris tribulatio secuta est. Sic ad diuinā clementiā implorandā cōcurrit populus ad ecclesiā. Die elucescente oībus in ecclia cōgregatis/ apparuit Hieronymus dicens. Propter cadauer illius miserrimi sacerdotis indignū sacris locis ⁊ ad terrorem peccantiū hoc cōtigisse: ⁊ mādauit cadauer cōburi: aliter pestilentia illa cessare nō posset: q̄ oīa facta sunt: ⁊ sic cessauit illa tēpestas. Si igit̄ cadauer exhumatū est ⁊ in sterquilinio ꝓiectū q̄d putandū est de aīa eius ꝙ vili loco sit reposita? ¶ Tertio erūt in seruitute maxima. Primo em̄ cum homo factus sit vt sit oīm mūdanor dōs iuxta illud pś. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues ⁊ boues ⁊ vniuersa pecora campi. Volucres celi et pisces maris. Ita tū vt obediret ei qui fecit eum: qr noluit ei obedire: iustū est vt creature ꝓpter ipsum facte sibi sint ad eternū supplicū: vt q̄ noluit deo obedire velit nolit seruis suis subijciatur. ¶ Scdo subijcient̄ demonib⁹ ⁊ ab eis sicut a torторibus patientur. O ꝙ grauis pena his q̄ in hoc mūdo iubere ⁊ precipere cōsueuerunt/ quor imperiū ⁊ dominationes versa erunt in seruitutem: ⁊ non immerito: qr in hoc mūdo suo creatori in decem preceptis tātū noluerunt obedire.

D Seruitus.

Videm⁹ em̄ quomodo reges ⁊ principes ⁊ ceteri domini: immo paterfamilias ⁊ materfamilias seruos suos: immo etiā filios puniunt ⁊ subijciunt seruituti: aliq̄n mortem inferendo ꝙm diuersas transgressiones suor preceptor vel aliter: puta carceribus mancipando vel verberib⁹ castigando. Sed hec est seruitus tpalis ⁊ transitoria: qr etiā dominiū transitorium est. Sed inferni seruit⁹ erit ppetua. de q̄ Hier. xvij. Seruire te faciā inimicis tuis ī terra quā ignoras. i. in inferno qui est in medio terre vt dictū est. Et ratio hui⁹ seruitutis tangitur capitulo. xvj. eiusdem. Quia dereliquerunt me patres vestri ait dōs ⁊c. ⁊ legem meā nō custodierūt: sed ⁊ vos peius operati estis ꝙ patres vestri. Ecce em̄ ambulabat vnusquisq̄ post prauitatē cordis sui mali vt me nō audiat: ⁊ sequit̄. Ejciā vos scilz p mortem de terra hac in terram quā ignoratis scilz inferni/ ⁊ seruietis ibi dijs alienis scz demonib⁹ die ac nocte qui nō dabūt vobis requiez. Nec mirabile. Cū em̄ sit modo tps ad laborem in vinea dōni exercendo se in mandatis eius/ noluerunt laborare immo voluerūt quiescere/ facientes sabbatū ante tpus: ideo modo ppetuo laborabūt. pś. Laborabit in eternum ⁊ viuet adhuc in finem. Exemplū Lu. xij. de diuite qui dixit aīe sue. Aīa mea habes multa bona ī annos plurimos reposita: requiesce/ comede/ bibe/ epulare. modo aūt laborat in penis ppetuis: hoc em̄ quodāmodo intellexerūt poete. Nā Virgilius. vj. eneidos: ⁊ Seneca tragedia prima dixerūt ꝙ filie Danai qui paterno iussu de nocte occiderunt quinquaginta viros suos cū etiam essent quinquaginta: cōdemnate sunt apd inferos ad portandū incessanter vrnas super montem excelsum vt impleant dolium sine fundo: ⁊ tū nunq̄ possunt īplere: ideo nō cessant laborare. vñ Arist. dicit. ij. Meteoror ꝙ dormientes pcussi fulmine inueniunt̄ hre aptos oculos. Sic q̄ hic dormierunt in pctis tunc aperiēt oculos in pena ppetuo vigilando. ¶ Quarto affligent̄ qr erunt in societate pessima. Prīa suis pctis erūt associati quib⁹ cōfundent̄ pudore miserabili. Hiere. ij. Sicut confundit̄ fur: ita ⁊ tu cōfunderis. Probabile est enim ꝙ in inferno apparebūt aliqua signa de causa dānationis eor: sicut in fure cui ad collum suspenditur furtim qd̄ est causa pene sue.

P Societas.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Threñ.j. Iniquitates mee cōuolute sunt ⁊ imposite collo meo. ¶ Secundo erūt in societate damnatorū hoīm virorū ⁊ mulierū pessimarū q̄ erit maxima pena damnatis. Si eñ vir mulierem pati nō pōt aut econuerso in hoc mundo: quid erit in inferno? ibi eñ fallit illud prouerbiū. Solatiū miserorū est habere pares. ¶ Tum primo qr quāto plures erūt damnati: tantomagis ignis ille ardebit. Sicut videm? q̄ quāta plura sunt ligna in igne tanto ardor ignis est maior. Nullus aūt nisi deus sit damnatorum numerū: de quo postea dicem?. igiṫ quāto plures erunt tanto magis dolebūt. ¶ Tum secūdo qr quanto plures erūt tanto plures luctus ⁊ clamores audient que oia eis erunt in penā. ¶ Tertio erūt in demonū societate a quib? nunq̄ separabuntur. Cogitemus igitur si poterim? hanc penam sustinere. Si pena est dānato ad mortem esse in carcere cum frigore ⁊ fetore et alijs miserijs q̄ quandoq̄ sunt in carceribus vel cum hoībus mortuis ⁊ fetidis/q̄ aliquando sunt cū alijs viuis incarceratis maior erit pena damnatis esse cum tā turpissima/fetidissima ⁊ horrenda mortuorū societate. Hec aūt societas illis debet̄ qui in societatibus hui? mundi multa pctā cōmiserūt: sicut fit in ludis ⁊ tabernis ⁊ choreis ⁊ multis alijs copijs vel societatibus fatuorū que societates vitande sunt: qr cuī puerso puerteris. Ad hoc eñ est sanctus Basilius in fine regule sue dicēs. Euita viros quos erga mandata dei videris negligentes qui mortui sunt virtutib?: qui letā tur in ꝓprijs voluptatibus/ vt gaudijs carent diuinis. Cum hmōi viris nulla tibi sit cōmixtio neq̄ velis cū eis sermocinari assidue nisi in quo eos posses assidue reuocare. Ceterū si nō vales deuita vt publicū hostem. Sepe eñ ꝑ vnā ouem morbidam polluit̄ totus grex: et modica pars fellis magnū dulcorem vertit in amaritudinem: ⁊ fermentū modicū totā massam corrūpit hec ille. Euita igitur societates pctōr vt possis euitare societates damnatorū. Nā in talibus societatibus iniquorū virorū nō est memoria dei: ⁊ si est/hoc est in malo. p/iurando/blasphemādo/inhoneste loquendo: vel de absentibus murmurando/⁊ detrahendo.

¶ Damnati quorū corpora infirma/ponderosa/ligata/putrida/ nuda/ deformia/ oīdeniq̄ miseria plena torquent̄ quadrupli ci cōtactu scz suorū corporū/ suorū locorum/ aliorū damnatorū ⁊ demonū. Capitulū. xv.

Q Prouerbiū

Decima pena corporalis damnatorū erit in tactu maxima afflictio: lz enim hmōi corpora sint incorruptibilia erūt tñ valde passiua. Si eñ cogitem? aliquem gutturno suz vel habente guttaz: infirmitas illa reddit ita hoīem illū passibilē vt non possit tactū alicuius ponderis sustinere. Sic erunt illa corpora ita passibilia q̄ patientur in tactu grauissimaz penam: ⁊ hoc plurib? modis. ¶ Primo ex tactu suorū membrorum valde ponderantiū. Corpora eñ damnatorū erūt ponderosa valde vt etiā brachia sup corp? ipsius damnati/⁊ caput sup humeros maximū dolorem faciant: ⁊ hoc possum? imaginari ex eo q̄ aliqñ quis in parte aliqua corporis habet plagā aut malum aliquod in q̄ si tangat̄ statim clamore magno eiulat etiā seipm illuc nō audet tangere. Sic corpora dānatorū erūt sic infirma vt in tactu suorū membrorū sibi grauem penā infligant. Et talis pena erit illis q̄ sua mēbra terigerūt turpissime: ⁊ in talib? pctis mortui sunt: aut qui intentione peccandi superflua emittere cōpulerūt. Hñ in florib? sanctorū recitat̄ Parisi? cōtigisse q̄ magr q̄dā dictus Silo quēdā suū scholarē egrotātē obnixe rogauit vt post mortē rediret ⁊ statum suū denūtiaret: post igiṫ aliquot dies sibi apparuit cū capa de pgameno tota descripta sophismatib? ⁊ intus flāma ignis. Qui req̄sit? a magro quisnā esset/ ait. Ego sum vtiq̄ q̄ ad te redire ꝓmisi: q̄ de statu req̄sit? ait. Hec capa sup me plus pōderat ⁊ plus me premit q̄ si vnā turrim sup me haberē: hec ē mihi data vt eā portē ꝑ glia quā in sophismatib? habui. Porro flāma ignis qua est coopta pelles sunt delicate ⁊ varie quas ferebā que flāma me cruciat ⁊ exurit. Sz cū magr illā penā facilē iudicaret dixit ei defunct? vt extenderet manū et sic facilitatez pene sue sentire posset. Cūq̄ manū suā extendisset ille vnā guttā sui sudoris dimisit/q̄ predicti magri manū citi? sagitta pforauit: ita q̄ cruciatū mirabilez sentiret: ⁊ ait/talis sum totus. Ille igitur magr ex ipsi? pene acerbitate deliberauit

R Tact?

S Corpa

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mundū deserere ⁊ religionē intrare. vnde mane scholaribus cōgregatis: hos versus cōposuit. Linquo coax ranis: cras corvis/ vanaq; vanis. Ad logicā pergo q̄ mortis non timet ergo. Et sic seculū deserens religionem intrauit. Hoc exēplū valet ad ostēdendū ex pōdere illius cape: quō post diē iudicij qn̄ corpora erūt vnita aiabus ex pōdere etiā aliū corporū dānatorū valde pōderantiū ac suorum mēbrorū erit maxima pena in dānatis: sic ꝙ brachiū sup corpus suum valde passiuū multum affliget illud cum illo ardenti igne sulphureo ⁊ hoc pro peccatis cōmissis ex ornamētis vestium et pelliū diuersarū ex quibus superflue multa cōsumētur: vbi ex talibus magis deberet subueniri pauperibus. Non em̄ dubito ꝙ si nobis accideret sicut illi magistro scilz ꝙ vnam guttā siue paruā penam inferni sentirem⁹ sperneremus multa q̄ nunc sunt causa ⁊ occasio nostre dānationis. Sic igitur corpa dānatorū sunt multū debilia et infirma. Si ei nūc aliqs adeo debilis est vt nō possit surgere nec vtute se de vno latere in aliud pre infirmitate ⁊ dolore quātomagis in inferno vbi plus patiētur ꝙ si habe rent oēs infirmitates: qm̄ (Job.xx.) Oīs dolor irruit sup eum. Esa.j. Erit fortitudo vestra vt fauilla stupe que nullam vim habet contra ignem immo citissime absorbet ab igne. Job.xviij. Deuoret pulchritudinē cutis eius ⁊ consumat brachia eius primogenita mors. Si ista mors sic deformat et reddit impotēs corp⁹ humanū quātomagis illa q̄ quasi in infinitū est acerbior/ vn̄ erūt infirmi ⁊ interi⁹ et exterius. Job.xx. Arctabit scz extra ⁊ estuabit. s. intra et oīs dolor irruet sup eū: ita vt possit dicere dānatus. illud Job.xxx. Interiora mea effervbuerunt absq; vlla requie. De infirmitatibus vero quib⁹ ibi percutiētur dicit infra. Deut.xxviij. Percutiet te deus egestate febre ⁊ frigore ardore et estu ⁊ aere corrupto ac rubigine. Et sequit. pcutiet te deus vlcere Egypti scabie ⁊ prurigine amētia ⁊ cecitate ac furore mentis. Et sequit. Augebit deus plagas tuas magnas ⁊ perseuerātes infirmitates pessimas ⁊ perpetuas: ⁊ conuertet in te oēs afflictiōes Egypti quas timuisti ⁊ adherebūt tibi: ⁊ ideo nō solū vna infirmitate infirmabunt sed simul oībus. Non in vno tm̄ mēbro: sed in oībus ⁊ ideo erūt mēbra impotētia ad operandū. Vnde Eccles.ix. Quodcūq; pōt manus tua instāter operare: qz nec opus nec ratio nec scientia nec sapiētia ad inferos quo tu ꝓperas. Secō erūt pōderosa aliter non deberetur eis locus infimus. Exo.xv. Descēderunt in profundū quasi lapis: ⁊ iterum. Submersi sunt quasi plumbū in aquis vehemētibus. Aque vehemētes sunt pene duriter cōcurrentes. Vn̄ Apo.xviij. Et sustulit vnus angelus lapidē magnū quasi molarē ⁊ misit in mare dicens. Hoc impetu mittet Babylon ciuitas magna. s. in īfernū ⁊ vltra iam non inueniet. Ita isti qui sicut molaris in hoc mundo non nisi terrena molere voluerunt/ mittentur in mare amaritudinū hoc impetu: quāto em̄ grauiores sunt tāto maiori impetu descēdunt in infernū. Hec autē grauitas est mola. s. peccati que ita grauabit eos et deprimet sub tristi orbe inferni vt amplius nō inueniātur. ¶ Tertio erunt ligata pre pōdere pctōrū suorū ⁊ catenarū infernaliū. pz. Ad alligādos reges eorū in cōpedibus et nobiles eorū in manicis ferreis. Vn̄ non habēti vestem nuptialē christus ait. Amice quō huc intrasti nō habēs vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manibus ⁊ pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Matth. xxij. In hoc dat ītelligere ꝙ ligabunt manibus ⁊ pedibus vt nō possunt vti mēbris ad suam voluntatē sicut ligant phrenetici: et cōprimētur sicut in torculari vue: et hoc intelligit cum dicit ligatis manibus. Sed etiā erunt ligati quo ad affectiuā: qz nullū bonū diligere possunt: et hoc cum dicit ligatis pedibus: pedes em̄ sunt aīe affectus aiam deportātes. Sikr ligata erit potētia intellectiua ideo dicit. At ille obmutuit et ita ligat ꝙ ab alīs iuuari non pōt: qz nō est dignus eo ꝙ vestē nuptialē nō habeat: scz charitatis fraterne. Tum qz pcisus est a corpore ecclesie. Vn̄ differēter ligātur hō ⁊ iumentū: qz homo ligat in infantia: sed postea sine vinculo quo voluerit ire pmittitur. iumentū vero in principio quo vult ire permittit. sed cū crescit ligatur: onerat: ⁊ calcarib⁹ pungit. Sic q̄ vita humana et q̄ decet hoīem hic vixerūt: lz hic ligētur ligatura salutari decē pceptorū vel cōsiliorū: tm̄ postea cum pueniet ad etatē plenitudinis christi euadētes in virū perfectū erūt liberi ⁊ sine vinculo. Sed qui hic duxerūt vitā iumentorū cum non videantur ligati eo ꝙ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ruperunt iugũ soluerũt vincula transgre-
dientes mandata dei. Ideo in alia vita li-
gabunt & onerabunt tormentis & pungẽ-
tur stimulis inferni perpetuis. ¶ Quarto
erunt putrida. Job. xx. Si ascenderit vsq;
ad celos: & caput eius nubes tetigerit/quasi
sterquilinium in fine pdetur. i. putrescet in
inferno. Quid mirum si putrescunt ibi tot
trunci putridi qui defixi quondã fuerunt
infertili terra ecclie & nõ fructificauerunt.
Membrũ em̃ precisum statim efficit pu-
tridũ et saniem emittit. Esaie. xiiij. Quasi
stirps inutilis sanie pollutus & inuolutus
cum his qui interfecti sunt gladio & desce-
deruntvsq; ad fundamẽta laci. i. fundi in-
ferni: quasi cadauer putridũ nõ habebũt
consortiũ. Vic em̃ erit in die nouissimo qñ
corpus malignitatib⁹ suis eijciet de sepul-
cro suo sicut stirps inutilis q̃ fructum vti-
lem in vitam eternã nõ attulit & sanie feto
ris obuoluet in ppetua secula. Viere. xxij.
Sepultura asini sepelietur putrefactus &
proiectus. Qui primo excoriat & postea in
fossatũ proijcit: a canibus & auibus & ver-
mibus deuorãdus & nõ solũ ipsi fetebunt
sz etiã fama eorũ. Prouer. x. Nomẽ impiorũ
putrescet. ps. Veterascet in inferno a glo-
ria eorũ. i. nõ fiet mentio de fama & gloria
amplius quasi de veterib⁹ alijs putridis.
¶ Quinto erunt nuda. vñ btus Andreas
dixit q̃ egredient homies nudi & rei pctõ
res de corporib⁹ nihil secũ preter pctã por-
tantes. ¶ Sexto erũt deformia obscura et
opaca. Threñ. iiij. Denigrata est sup carbo
nes facies eorũ/nõ sunt cogniti in plateis:
adhesit cutis eorũ ossibus: aruit & facta est
quasi lignũ. Denigrata est: qr ipsi erunt ti-
tio ignis inferni & torris fumans in incen
dio qui denigrari põt sed non illuminari.
Quod aũt dicit nõ sunt agniti in plateis/
sensus est q̃ intãtũ ducunt ad aliũ colorẽ
a pulchritudine quã habuerũt hic/dũ nu-
trirẽt carnem suã in delicijs/ q̃ in plateis
nõ cognoscent etiã si tunc viderent: qr tũc
diaboli deformitas obtinebit facies eorũ &
nõ color humanus. Cutis aũt adheret ossi-
bus qr ibi pinguedo epularum & ingurgi
tationũ remouebit: & sic erunt quasi lignũ
aridum qõ erit cibus inferni. ¶ Septimo
erunt omni miseria plena. Nã habebũt fle
tum in oculis/stridorẽ in dentib⁹: fetorẽ in
narib⁹: gemitũ in voce: terrorẽ in aurib⁹:
vincula in pedib⁹ & manib⁹: ignem in toto
corpore: nec ipsa corruptio & putrefactio
aufert ab eis sensibilitatẽ vt solet fieri de
membro putrido: sz potius augebit vt lepra
& vlcera Egypti. Exo. iij. Nõ poterant ma-
lefici stare corã Moyse ppter vlcus: ideo
dicebat Dauid. Repleta est malis aia mea
& vita mea in inferno appropinquauit. s.
per hoc qõ facta est similis vite infernali.
¶ Scõo erit pena grandis ex cõtactu suo-
rum locorũ ipsos dãnatos cõtingentium.
Sicut em̃ videmus q̃ infirmi si ponerent su
per lectũ durũ vel lapidem paterent: imo
in lecto molli valde patiunt nec quiescere
possunt multi ppter infirmitatem sui cor-
poris. Sic corpora dãnatorũ maxime passi
ua & sensibilia valde affligent ex contactu
corporũ que continebant illa. Et hec pena
specialius debet illis q̃ in lectis mollib⁹ et
ornatis multa pctã horrenda cõmiserunt.
de quib⁹ Amos. vj. Ve qui dormitis in le-
ctis eburneis: & lasciuitis in stratis vestris
Ve em̃ imprecatio est maledictionis eter-
ne his q̃ dormiũt in talib⁹ lectis & ibidẽ la
sciuiũt: pctã luxurie & alia mala cõmitten
do: vel qui vt pigri ibi steterũt multo tpe
quo possent orare vel aliqõ bonus facere.
de quib⁹ Prouer. xxij. Sicut ostiũ vertitur
in cardine suo: ita piger in lecto suo. O q̃
grauis pena his q̃ assueti sunt dormire in
albis linteaminib⁹ & culcitris delicate plu
me. O quãtũ dolebũt eis latera imo totũ
corpus ex tã duro lecto & fetido: bene em̃
fetidus est locus ille in quo cõburent oẽs
heretici luxuriosi & alij fetidi peccatores.
¶ Sed poterũt ne dãnati seu vertere? Dicũt
quidam q̃ non: nisi pro quanto demones
eos vertent. Sed quicquid sit de hoc pena
eorũ ppter illã versionez nõ alleuiabit. Vñ
de isto lecto dr Esa. iiij. Detracta est apud
inferos supbia tua conscidit cadauer tuũ.
Subter te sternet tinea & operimentũ tuũ
vermes. Aliqui tñ dicũt q̃ in rei veritate
nõ erũt ibi vermes eo q̃ nullũ aial erit in
inferno nec viuet post diem iudicij. Sz ibi
erunt tm̃ diaboli & homies cũ igne & ceteris
de q̃b⁹ dictũ est. Sed scriptura loquitur p
magis nobis notaut p illa intelligamus ibi-
dem peiora: ita q̃ ibidẽ erunt mala peiora
& abominationes maiores q̃ sit abomina
tio serpentũ & vermiũ & hmõi aialiũ. Cõsi
dera ergo si deberes in lecto etiã quantũ-
cũq; molli cũ centũ serpentib⁹ & totidẽ bu
fonibus q̃ cõtinue te morderent & afflige-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

rent cubare: maiora te passur in lecto inferni si illucvadas. Vñ quidā magn⁹ clericus cōsiderans ꝙ magna pena esset ei cubare in lecto molli ꝑ vnū totū diem: considerabat quō imppetuū cubare posset in lecto inferni: ⁊ hanc cōparationē faciens ꝓpter hoc contempsit seculū ⁊ religionē ingressus est. ¶ Tertia pena erit grauissima ex tactu ⁊ pondere corpor alior dānator que cōpressa erūt: ita ꝙ vnū erit sup aliud vt iam dictū est. Quāta erit hec pena malis christianis qui erūt subt⁹ iudeos ⁊ infideles saracenos: quia eñ magis ingrati fuerūt deo: ideo plus punient ⁊ receperūt beneficia a deo ⁊ sacra ⁊ legem quā promiserūt se seruare: iurta illud ps. Jurauī ⁊ statui custodire iudicia iustitie tue. Sed sicut dicit ps. Inimici dñi mentiti sunt ei: ideo erit tēpus punitiōis eorū in secula supple sempiterna. Hec etiā pena debebitur his qui in tactu circa alios peccauerūt/osculādo aut tangēdo per imitationē ad malū. De quib⁹ peccatis etiā pauci cōfitētur credētes non esse peccatū in talib⁹ impudicis tactib⁹: ideo si velis effugere tantū pōdus tot corporū dānatorum abstine a talib⁹/ cōfitendo de ꝑteritis. ¶ Quarta pena erit ex cōtactu demonū: qr sine cessatione sup eos percutiēt vt dictū est. Considera si infirm⁹ percuteret grauiter in loco infirmitatis sue q̄d pateret. Quantus ergo dolor erit illis corporib⁹ tam passiuis ⁊ que tam grauiter percutient. Que pena specialiter deberet ijs qui in hoc mūdo percusserunt vel occiderūt vel aliā violentiā in corporibus aliorū fecerunt. Huius exemplū habemus in vita sancti Antonij quē multitudo demonū ita lacerauit ꝙ eū quasi mortuū propri⁹ minister asportauit. Cūq; eus oēs qui comitati fuerāt quasi mortuū plorassent dormiētibus cūctis/subito Antonius reuixit ⁊ a ministro ad predictum sepulcrū se iterum portari fecit: qui cū ibi ex dolore vulnerū prostratus iaceret ex virtute tamē demones ad conflictū ꝓuocabat. Tunc illi in formis feminarū varijs apparuerunt: ⁊ iterū eū dentibus ⁊ cornibus ⁊ vnguib⁹ crudelissime lacerauerunt. Si sic sanctū Job permissus tantū percussit diabolus qui aliter nō poterat nisi quantum patiebatur deus: qr interius tāgere prohibuit ⁊ exteri⁹ permisit ꝓcuere vlcere pessimo a plāta pedis vsq; ad verticē ⁊ in mōmēto. Quō torquebit sibi datos ī incēdio et tormēto eterno? Iste eñ sunt decē dānatorū pene: ⁊ forte plures alie erūt corporales: qr ꝑm sanctos nullus posset eas exprimere. Si quis aūt ad eas cogitet attente/ peccata dimittet ⁊ attēte inquiret que sit via salutis. Eccli.ij. Qui timēt dñm inquirent q̄ beneplacita sunt illi: ⁊ qui diligunt eum replebuntur lege ipsius.

¶ Triplicē penā cōtrahet aīa dānata a corpore post resurrectionē preter spūales penas quas habet. Capitulum.xvj. Z

Onsequenter videndū est de penis inferni specialiter quo ad aīam. Si eī corpus tanta patietur vt dictum est: cogitandū est quanta patiet aīa q̄ principalius deū offendit: ipa eñ data est corpori vt ipm regeret ⁊ nō econtrario. Ideo plus puniēda est. Inde magr in.iiij. sniar. dist.xlix. ait. Post resurrectionem ꝯo facto vniuerso impletoq; iudicio suos fines habebunt ciuitates due: vna christi: alia diaboli: vna bonor/ altera malor/ vtraq; tñ angelor ⁊ hoim. vñ Aug. ⁊ recitat a magistro in.iiij. dist.xlv. Oēs aīe cum de seculo exeunt ad diuersas exceptiones. i. loca tendūt vbi bone habent gaudiū/male tormēta. Sed cū facta fuerit resurrectio ⁊ gaudium bonor amplius erit/ ⁊ malor tormēta grauiora qñ cum corpore torquebunt: pena eñ spūalis in corpus ⁊ pena corporis in aīam redundabit. Sicut experimur ꝙ dum patit corpus cōpatit aīa: ⁊ ecōtrario dum patitur aīa simul patit ⁊ corpus. O quantus dolor/quāta pena/quanta tristitia cum corpus fuerit afflictū predictis penis ⁊ aīa cōsequenter dicēdis penis. Or vehemēs q̄ inexcogitabilis horror nō solum ex penis ꝑm se in vtraq; sed etiā ex redundantia penarū corporis ad aīam: ⁊ aīe ad corpus. Cogitem⁹ itaq; quantū afflige tur aīa/ cū etiā dum tu in paruo membro tui corpis pateris non possis dormire aut qualēcūq; recipere cōsolationē. Sciūt eñ qui in corpe infirmi sunt quō sanitatez in corpe cōcupierūt/ ⁊ magna opati sunt in medicis ⁊ alijs reb⁹ vt sanitatē reciperent ⁊ recuperarent: ⁊ uos nihil cogitam⁹ nihil facim⁹ ad euadendū has futuras infernales infirmitates/ quar cōparatiōe ille hu

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

sus tpis infirmitates nihil sunt. Sicut enim nō sunt cōdigne passiōes ad futurā gliam q̄ reuelabit in electis: ita nō sunt cōdigne passiōes hui⁹ scli ad futurā miseriā q̄ reuelabitur in damnatis. Cōsidera insup quōdum aīa est tristis quō immediate corpus tabescit ⁊ deficit. Prouer. xvij. Anim⁹ gaudens etatem floridā facit. Spiritus tristis exiccat ossa. Si igitur aīa afficiat tātis penis scilꝭ decem gnalib⁹: quarū quelibet in plures diuidet quō corpus afficiet ex ea: ⁊ ecōtrario. Ān et Alber. magn⁹ tres penas recitat quas aīa in resurrectione preter illas quas spnales hꝭ contrahet a corpore.

A Resurrectio.

¶ Prima est acceptio corpoꝝ ignitoꝝ ⁊ incensorum igne inferni in quib⁹ ante nō cruciabantur eo ꝙ non haberent ea. de quo Amos. iiij. scribit. Jurauit dns in sctō suo q̄ ecce dies venient supvos ⁊ leuabūt vos in cōptis: ⁊ reliquias vestras in ollis feruentib⁹ ⁊ p aperturas exibitis: altera ptra alterā ⁊ pijciemini in Arnō dicit dns. Juramentū dni est īmobile decretū iudicis: q̄n demones tortores leuabūt dānatos in cōptis. Cōpta est instrumentū quo macellarij leuant boues excoriatos intrudētes lignū p neruos cruriū posterioꝝ: ⁊ ita suspendūt ad dissecandū ⁊ significat vinculū quo ligant dānati ad supplicia. Reliquie sunt ossa q̄ erūt in olla feruenti: ⁊ hec olla est integritas corporis in qua resurgent et feruebūt sicut in olla. Altera aūt aptura erit sepulcri: vñ exibit corpus: ⁊ altera erit infernus: vñ exibit aīa: altera cōtra alterā qr corpus cōtra aīam q̄n cōiungent ⁊ pijciētur in Arnō: qd interpretat anathema a deo: ⁊ significat infernū condēnatis qui anathematizant a deo. ¶ Scda erit bellū cōtinuū corporis ad aīam: ⁊ ecōtrario: qr corpus cōuitiabit aīe ꝙ ipm debebat regere: ⁊ tn ipm direxit ad malū. Aīa vo ecōuerso ꝙ delectationes carnales seduxerūt eam: ⁊ ꝙ caro prona erat ad malū oī tpe: ⁊ ad bonū pigra ⁊ infirma: de cui⁹ pigritia Job. xxx. Nunc in memetipso marcescit aīa mea ⁊ possedent me dies afflictionis. Nocte os meū pforat dolorib⁹: ⁊ qui comedunt me nō dormiūt: in multitudine eoꝝ cōsumitur vestimentū meū. i. tunc anima marcescit q̄n rediū habet corporis: ⁊ ecōuerso ⁊ sunt in possessione afflictionis q̄n afflictio dominat in corpore ⁊ aīa/os. i. corpus pforat dolorib⁹: ⁊ vermis cōscientie q̄ cōtinue rodit nō dormit ⁊ ab illoꝝ vermiū multitudine cōsumit vestimentū oē virtutis: ita vt ibi fit cōfusio nudatis: vt ignominiā pcti nō operiat decor virtutis quēadmodū fit in sanctis. Ve due pene ab Alberto recitant. ¶ Tertia vo erit incarceratio duplex. Nā antea aīa in infernū tamq̄ in carcerē retrudebat/nūc vo intra corpus suū tamq̄ in carcerē teterrimū ⁊ strictissimū. O quanta aīe tristitia esse in tam fetido ⁊ stricto carcere: in quo tn prius laxaue rat habenas delicijs ⁊ voluptatibus. Nec igit pensem⁹ vt tantā euadere possim⁹ miseriā: pniam agendo de pctis ⁊ dei mādatis obediendo. Sic igitur ad penas aīe dicendas procedamus.

Cōpta

¶ Damnatoꝝ aīe penā dāni ex priuatione visionis dei/ angeloꝝ ⁊ sanctoꝝ cōsolatione/empyree mansionis/ ⁊ bonoꝝ ⁊ palium meritorioꝝ premiatorioꝝ ⁊ adiutorioꝝ in quadruplici differentia puenientē miserabiliter ⁊ eternaliter patientur. Cap. xvij.

Prima itaqꝭ pena spnalis dānatoꝝ erit carentia visionis diuine ⁊ eterne glorie. hec enī maior est inter oēs penas inferni. Nā ⁊ saluator Mat. iij. dicēs Oīs arbor q̄ nō fecerit fructū excidet et in ignem mittet. Illā penā que est excidi ⁊ separari a deo q̄ est radix oīm bonoꝝ: prepositi illi pene q̄ est in ignem mitti: sup quo Chrys. in homil. Due pene erūt in inferno scꝭ cōburi ⁊ a regno excidi ⁊ hec pena difficilior. Multi eī gehēnā abhorrent: sꝭ occasum illius glie amariorē gehēna penā esse pone aīam mitti in decē mile gehēnas: nihil tale q̄le a glia excidi a deo hri odio: et audire illā vocē: non nouiuos. Jrē Chrys. Excludi a bonis ⁊ alienū effici ab his que preparata sunt sctis tātū gnat cruciatū ⁊ dolorē vt etiā si nulla extrinsecus pena tor queat hec sola sufficeret. Oēs eī gehēne superat cruciat⁹/carere bonis quib⁹ habueras in ptāte perfrui: lꝭ aūt hoc sit maxima pena: nihil tn aut parū cōprehendim⁹ eā: qr nescim⁹ intelligere quantū bonū de⁹ est ipsi aīe dum possidet. Tantū eī quis plus dolet de aliquo bono amisso quantū illud reputabat magis vtile ⁊ magis amabile. Et quia in presenti vita intellectus noster corpore aggrauatus se habet ad deum vt

V Carentia.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

oculos vespertilionis se habet ad lumē solis: ideo parū diligim⁹ ipsum deū et ipsum parum curam⁹ amittere. Sed aīa que aliquātulū gustauit dulcedinē diuine presentie: per gratiā ex anxietate ⁊ pena quā sentit qñ sibi illum gustū subtrahēdo sibiipsi relinquit: potest aliquātulū ly valde parū intelligere de tali pena priuatiōis visionis diuine quāta sit. Sed cū aīa separat a corpore: sibi subito infundūtur species omniū rerum naturaliū: ꝓpter qd maiorē cognitionē habet de deo ⁊ creaturis ꝗ quicūq; mūdi pbs/ ⁊ sic cognoscēs ꝙ deus est summum bonū ⁊ summe vtilis aīe: videns se eo priuatā sua miseria: cum capax fuerit eum acquirēdi summe tristatur. Sicut em̄ afflictio exoculatiōis maior est ꝙ afflictio cuiuscūq; sensus. Sic carētia visionis diuine ꝙ ignis ⁊ cuiuscūq; alterius. ¶ Quod si diceretur hoc nō videri verū: eo ꝙ pueri nō baptizati carebūt visione dei ⁊ tñ non tristabūtur: quō igitur carētia diuine visiōis est tāta pena? Ad hoc dicit ꝑm aliquos ꝙ tristabūtur ⁊ ꝙ affligētur pena ignis licet mitissima. Sed qr hec opinio non tenet cōmuniter a doctoribus: ideo aliter dicit ꝙ pueri non baptizati cognoscent se priuari gloria: tantūmodo ꝓpter originale peccatum qd fuit actuale et mortale in primis parētibus: propter originale pctm̄ qd fuit actuale ⁊ mortale in primis parētib⁹ ⁊ nō cōmissum per voluntatē ipsorum puerorū: ideo non tristātur de hmōi carentia. Sciūt enim se non fuisse ad hoc natos neq; regis filios ad hoc vt illam cōsequerent hereditatem. Non em̄ tristat homo qui nō est de semine regio si regnū non consequet. Sed damnati ꝓpter actuale peccatū cognoscēt se carere gloria eo pctō mortali per eos cōmisso: ideo summe tristabūtur ex tali priuatione. Sicut si quis in hoc mūdo tristaret de priuatione hereditatis et patrimonij si hec priuatio esset ex culpa sua: nec ita tristaretur si esset ex culpa patris sui. ¶ Ān hec pena damni ex quatuor pcedet. Primo ex priuatione visionis dei. Esa. xxvj. Tollatur impius ne videat gloriā dei. Est em̄ visio illa beata refectio ex qua viuūt sancti. iuxta illud. Joan. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te deum verū ⁊ quē misisti Jesum christū: ideo miseri non erunt huius delectabilissimi cōuiuij participes. Et hoc proprpter multa. Primo quia ꝑm doctorem

Z Pueri.

A Pena.

sanctū in tertio contra gentiles. in eo qui peccat mortaliter oīs auertitur intētio voluntatis ab vltimo fine: igitur ei q̄ peccat mortaliter hec pena debet vt oīno excludatur a cōsecutione finis. Juxta illud ps̄. Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē. Tum secūdo per eundem doctorē ibidem: quia in his que sunt ordinata ad finem talis habitudo inuenit: ꝙ si finis est vel erit necesse est media ordinata ad illum finem esse vel fuisse. Si autē ea que sunt ad finem non sunt nec fuerunt nec finis erit. Homo autē per opera virtutis consequit finem illum vltimū qui est felicitas. Si igitur aliquis contra virtutē agat ab intētione vltimi finis auersus: consequēs est ꝙ vltimo fine priuetur. Et ideo licet oēs velint beatitudinem voluntate naturali vel inclinatione: ⁊ in generali non tamē volūtate plena ⁊ efficaci quia non faciunt illud ꝓpter quod possent eam consequi. Sicut si quis vellet ire Hierusalē ⁊ tenderet versus occidentem: non acciperet viam per quā peruenire posset Hierusalē. Tum tertio quia tales in hoc mundo alio cibo grosso ⁊ vili diuitiarum deliciarū et honorum se impleuerunt. Exemplū de quodā rustico de quo dicitur ꝙ cum esset inuitatus ad nuptias regales et in via constitutus sitiret: inuenit aquam turbidā ⁊ fetidam de qua cum vellet bibere dissuadebāt alij: dicentes ꝙ adhuc expectaret parum ⁊ cito biberet in nuptijs optima vina ⁊ claretum ⁊c. Sed ille non acquiescēs impleuit se aqua illa intantum ꝙ eructabat fetorem. Cum autē venit ad portam regis cum alijs illis intrātibus propter fetorem illum repulsus est: ⁊ sic miser ꝓpter vilissimā cenam amisit nobilissimam. Ecōtrario autē faciunt electi. Reseruant em̄ se illi cōuiuio interim abstinentes sicut onagri qui nolunt bibere quousq; inueniant aquas claras. ps̄. Expectabūt onagri in siti sua. Et iterū Matth. xxij. Exemplum de illis qui inuitati ꝓpter diuersas occupatiōes in quibus se explicauerāt exclusi sunt cum iracūdia a cena dñi dicētis: Amen dico vobis nemo illorū gustabit cenam meā. et iterum. Quibus iuraui in ira si introibūt in requiē meā. ¶ Secūdo procedet hec pena ex eo ꝙ priuabūtur angelorum cōsolatione et sanctorū oīm societate. Beati em̄ vident angelos qui de peccatorum salute gaudent. Juxta illud Luce. xv.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Gaudiũ est angelis sup vno peccatore pe-
nitentiã agente ꝛc. Ideo vice versa gaudẽt
hoies beati videndo eorũ innumerã multi
tudinem q̃ tantũ dilexerũt eos dum essent
in hoc mũdo: sicut gaudet amicus de visio
ne amici sui. Quantũ igitur tristabunt dã
nati a tam gratissimo cõsortio exclusi. Itẽ
separabũtur a bonis hoib⁹. Matth. xiij.
Exibunt angeli ꝛ separabũt malos de me-
dio iustor ꝛ mittent eos in caminũ ignis.
et iterum ibidem. Elegerũt bonos in vasa
sua: malos autẽ foras miserunt. vñ glossa
super illud Apo. j. Plangẽt se super se. di-
cit ꝙ non tantũ dolebũt mali de supplicio
sed quia separãtur a tali cõsortio. O deus
quãtus dolor ꝛ quãtus clamor in tali sepa
ratione: quãdo aliqñ separabũtur malus
pater ꝛ mala mater a filijs et filiab⁹ quos
genuerũt ꝛ ita chare nutriuerũt: et paren-
tes ab amicis ꝛ cognatis cum quibus vixe
runt. Qui autẽ saluabũtur de tali separa-
tione non tristabũtur vt posteа videbitur.
vnde Matth. iij. Cuius ventilabrũ in ma-
nu sua ꝛ permũdabit aream suam ꝛ cõgre
gabit triticũ suum in horreũ. paleas autẽ
comburet igni inextinguibili. ꝛ Matthei
xxiiij. Separabit agnos ab hedis. et iterũ.
Erunt duo in lecto vno: vnus assumet ꝛ al
ter relinquet. Hec autẽ separatio ꝛ destitu
tio a suis charis tãto eis erit grauior quã-
to suorũ curam habebãt ꝛ eorum recorda-
buntur: vt patet Luce. xvj. de diuite q̃ suo-
rum fratrũ recordatus pro eis orauit. Vñ
possunt dicere illud Osee. xij. Cõsolatio ab
scondita est ab oculis meis: quia ipse scz in
fernus inter fratres diuidet: qñ scilz vnus
erit iustus ꝛ alter extra. Et hui⁹ separatio-
nis ratio est differẽtia meritorũ. Sicut em
saluati bene vixerũt: aut si male penitẽtiã
egerunt: dãnati ho male vixerũt et in pec-
catis mortui sunt. Sic iustũ est vt etiã dissi
miles sint in premio ꝛ abinuicẽ separati: et
quia noluerunt angelis acquiescere: ideo
etiã ab eis separabuntur. ¶ Tertio pcedet
B hec pena quia priuabũtur celi empyrei mã
Empy- sione. Est enim celum empyreũ vt dicit Ri
reum. cardus lib. ij. dist. ij. supra firmamentũ nõ
ab ardore sed a splẽdore sic dictũ: ꝛ dicunt
doctores illud fuisse celum quod in prima
die creatũ est cum terra eo ꝙ firmamentũ
secũda die creatũ est. Illud autẽ celum lo-
cus est beatorũ qõ noluit reuolui dñs ad
significandũ quietẽ ꝛ pacem mentis illorũ
qui in illo celo resident ꝛ residebũt. Nec est
illud celum stellatũ: sed vniformiter per to
tum luminosuz q̃ huis sua luminositas sen
sus nostros lateat: quia vel est oculis non
glorificatis in ꝓportionabilis sicut lumẽ
corporis glorificati: vel quia aque q̃ sunt
super firmamentũ nõ sunt illius luminis
traductiue: vel quia propter eius longam
distantiam a nobis multitudo sui luminis
vsq̃ ad visum nostrũ non protẽditur. Cor
pora autẽ beatorũ erunt in illo celo pro or
namento maximo. Hec Ricardus. Hoc em
erit tãq̃ palatiũ pulcherrimũ ꝛ amenissi-
mum ꝛ clarissimũ in quo angeli ꝛ sancti vi
dent deum. hoc palatio carebũt dãnati et
ponentur in vilissimo sterquilinio inferni
propter sua demerita. Et ratio est: qz sicut
duo corpora nõ possunt simul esse in eodẽ
loco: sic nec mali q̃ sunt corpus diaboli cũ
bonis qui sunt corpus christi. Iuxta illud
Rom. xij. Vnum autẽ corpus in christo su-
mus. Cum igitur christus cuz corpore celũ
occupauerit necessario aliud corpus. s. dia-
boli ab eodẽ loco ꝓpelletur. Esa. xxviij. Co
angustatũ est stratum ita vt alter decidat.
Et hec pena illis debebit: maxime qui hic
abusi sunt castris et palatijs multa pecca-
ta mortalia in eis cõmittendo. vel in domi
bus in quib⁹ cor suum nimis apposuerũt.
Nouit em deus quõ hoies mũdani de tẽ-
poralib⁹ edificijs curãt: ea in maximis pec
catis cõstruẽdo ac si immortales essent: nõ
cogitando de paradisi palatio. ideo dicit
ps. Sepulcra illorũ domus illorum in eter
num: quasi diceret: q̃ in magnis gloriabun
tur diuitijs: castris: domib⁹: ꝛ palatijs: et
oibus alijs hic derelictis quãtũ ad corpus
nullã aliam domũ habebunt q̃ terrenũ se
pulcrũ: ꝛ quantũ ad aiam q̃ inferni sepul
turam. Vtinã saperẽt hoies ꝛ intelligerẽt
non hic sed alibi edificare sibi domum non
transitoriã sed eternaz de qua Eccles vlti.
Ibi thomo ĩ domũ eternitatis sue. hoc est
palatiũ: qõ beatus Thomas Indorũ regi
Bondoforo voluit edificare ꝛ eleemosynis
acquirere: vt ptz ad longũ in legẽda eius.
Hec sunt palatia de q̃bus dñs Ioan. xiiij.
In domo patris mei mãsiones multe sunt.
¶ Quarto qz priuabũtur oibus bonis. pri
mo quidã carebũt dulcedine charitatis et
spei. Iob. xj. Oculi impiorũ deficient ꝛ ef-
fugium peribit ꝛ spes illorum. ꝛ Iob. xix.
Quasi arbores auulse abstulit spem meã,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Prouer.x. Spes impiorꝝ peribit. Tãta em est charitatis dulcedo ꝙ condit oia penalia. Unde Grego. Omnia seua et immania leuia et prope nulla facit amor. Hec em est farinula que in ollã in qua mors erat. iiij. Reg.iiij. missa dulcorauit eã vtpote tormẽta martyrũ et mortes. Huius aũt charitatis modicã guttã vt vult Guil. Parisien. si haberẽt dãnati: sapor eius tam fortis ⁊ tã dulcis esset ꝙ condiret eis mala eorũ. Hec em duo. s. spes et charitas multũ purgatoriã penã condiũt vt sit magis tolerabilis. Scdo seipsis priuabũtur. Nã dãnatus in inferno seipm perdidit: quid enim nõ perdat qui seipm perdit? Dicitur em quis oculũ amisisse licet eum habeat in capite: cum vsum debitũ vel voluntariũ amisit: ⁊ iõ qꝛ in inferno damnatus nullius mẽbri habebit vsum ad volũtatẽ suã. Oculus em non videbit qd volet. Auris nõ audiet qd placebit. Nec cor cogitabit qd delectet. Nec pes ibit quo sit vtile. et sic de alijs mẽbris. Ideo dꝛ perditus esse Hiere. xxv. Ad montẽ pestiferũ qui corrũpebat oẽm terrã pditus es in eternũ: ait dñs. et licet oẽs dãnati perditionẽ hereditent: tñ ꝓpria peccata propriã penã hereditare legũtur: vt supbi qui indebite quesierũt gloriã ⁊ honorẽ iure hereditario: habebũt ignominiã ⁊ cõfusionem. et hoc est qd dꝛ Eccli. vj. Improperiũ ⁊ ꝓtumeliã malus hereditabit. Improperiũ. s. de recordatiõe pctõrũ cũ dicet eis. Esuriui ⁊c. Cõtumeliã de vili eiectiõe a sanctorꝝ ꝓsortio cũ dicet eis. Ite maledicti ⁊c. Magnis em ꝓsonis nõ improperãtur turpia sine cõfusione: nec de maiorũ eijciũtur ꝓsortio sine ignominia. Hiere. ix. vel. x. Dabo vos in opprobriũ sempiternum: ⁊ ignominiã eternã q̃ nulla vnq̃ obliuione delebit. culpa em semp manebit. Ideo opprobriũ semper durabit: vt habẽs auriculam abscisam secũ portat suũ opprobrium vbicũq̃ vadat. Ideo Sap. iiij. dꝛ. Erũt in contumelijs ⁊ sine honore. Similiter cupidi q̃ superflue ⁊ indebite p furtũ/mẽdaciũ/vsurã et hmõi bonis tẽporalibus hic replentur: in futuro iure hereditario oim bonorũ penuriã patiẽtur. Job. xxvij. Hec est pars hominis impij apud deũ et hereditas violentorum quã ab oipotẽti suscipiẽt. diues cũ dormierit nihil secũ afferet: aperiet oculos et nihil inueniet: apprehendet eum quasi aqua inopia/ nocte opprimet eũ tẽpestas.

Ibi em tãgit quatuor bona necessaria quorum oim penuriã ⁊ carentiã patiet. Sunt em bona quedã ad sustẽtandũ vt tpalia: et horũ inopiã habebũt qꝛ secum ea nõ portabunt. Exitur? em de domo per arctũ foramem sarcinas portare non põt. Sic exitur? de mũdo per angustã portã mortis secũ tẽporalia bona non portabit. Exẽplũ de mure pingui ⁊ crassa que macilẽta per foramẽ ingressa: demũ rodẽs ⁊ comedẽs dũ fugata est per suũ foramẽ redire nõ potuit ideo capta est. Sic multi in principio pauperes per tẽporis interualla dum ditãtur a catis inferni capiũtur: nec per angustã paradisi portã transire possunt ⁊ hoc est qd dicit. j. Timo. vj. Nihil intulimus in hunc mundũ haud dubiũ nec aliqd afferre possumus. vñ Apo. xviij. Oia pinguia et pclara perierũt a te. Quidã em dicũt diuitias esse indignãtis nature. Nã cũ ascẽdentib? ascẽdunt: cũ descẽdentib? non descẽdunt pẽ. Ne timueris cũ diues fact? fuerit homo: ⁊ sequitur: qm cũ interierit nõ sumet oia neqꝫ descendet cũ eo glia eius. Ascẽdunt tñ cum quibusdã q̃ eas in manu christi qui est pauperum manus posuerũt. Aũ fertur ꝙ quidã Necromãticus habuit discipulũ qui multa promittebat ei se daturũ cum foret diues. Magister autẽ volẽs erperiri an verũ diceret: fecit per quãdã incãtationẽ eiuideri ꝙ esset elect? in imperatorẽ cõstantinopolitanum ⁊ recept?. Cũ autẽ multe terrevacantes denũtiarent ei: reducebat ei magister ad memoriã vt esset memor ꝓmissi sui: dãdo ei aliquã de terris illis. Cũqꝫ ille respõderet ꝙ nesciret quis esset. Respõdit magister ego sum q̃ dedi vobis oia q̃ habetis ⁊ nũc vobis eadẽ aufero. Et exufflata incantatione nihil inuenit de oibus q̃ ante sibi videbãtur: sꝫ pauperẽ oino se inuenit. Sic faciet christ? diuitib? huius mũdi q̃ dedit oia subito auferẽdo: ⁊ tũc inuenẽt se oino paupes in iferno cũ gemitu ⁊ dolore: dicẽtes illud Sap. v. Quid nobis ꝓfuit superbia: aut diuitiarũ iactãtia quid cõtulit nobis? Trãsierũt oia velut vmbra: cui? cũ pertransierit nõ est vestigiũ inuenire. ¶ Scdo sunt bona ad merendũ vt eleemosyne: orationes: ⁊ ieiunia: ⁊ cetera hmõi q̃ faciũt cupidi in pctõ. quorũ inopia habebũt qꝛ eis non valebũt ad salutẽ. Et hoc notat cũ dicitur. Aperiet oculos suos. i. post mortẽ cognoscet qd añ cognoscere noluit ⁊ nihil in

Necessaria.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ueniet de bonis suis pñ. Dormierunt somnum suũ. s. mortis: ⁊ nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ in manib⁹ suis. i. de opib⁹ suis. Frumentũ em̃ inter spinas seminatũ non fructificat sed suffocat: ⁊ tpe messis ad horreum nõ portat. Sic bonũ factũ in cupiditate mortali. Aggei. j. Seminastis multũ ⁊ messuistis parũ. Aliquid em̃ valẽt bona opera facta in mortali sed parũ qꝛ non ad salutẽ. Nec solũ priuabũtur bonis illis immo ⁊ tpe ad illa faciẽda. Vñ Apo. xx. iurauit angelus ꝙ tẽpus non erit amplius sed ad merendũ ⁊ penitẽdũ cuius amissio erit ad dolorẽ maximũ. Narrauit em̃ vir quidã religiosus Clareuallis ꝙ quidã vir sanct⁹ cum esset in oratiõe audiuit vocẽ quandã in spũ miserabiliter lamẽtantẽ: ⁊ cum quereret q̃s esset. respõdit ꝙ esset aia cuiusdẽ dãnati suam plãgentis dãnationẽ. Addẽs ꝙ inter oia q̃ ipsum et alios dãnatos magis excitabant ad planctũ: maxime incitabat amissio tpis sibi a grã dei collati. In cui⁹ morula potuisset fecisse penitẽtiã que eos a penis eternis inferni liberasset. Job. xxiiij. Dedit ei tẽpus penitẽtie: et ipse abutitur eo in superbiã. Ber. Nihil ꝑciosius tẽpore. Sed heu nihil hodie vilius reputat. vñ ⁊ dãnati non tm̃ dolebũt de amissione bonorũ q̃ fecerũt: sed etiã eorũ q̃ facere potuerunt ⁊ non fecerũt. Sicut dolet mercator trãsactis nũdinis de lucro qõ amisit et quod potuit acq̃sisse. vñ dicit Augu. ꝙ raptores ⁊ ĩmisericordes in inferno non solũ ignis cruciat: sed etiã ipsa suarũ diuitiarũ putrefactarũ memoria q̃bus tam facile potuissent suas nequitias redemisse. vñ dicẽt cum lamẽto illud Hiere. viij. Trãsiuit estas finita est messis. s. tẽpus idoneũ ad operãdum: ideo nũc insistendũ est diligẽter operari. Exẽplũ de operarijs q̃ tunc diligẽti⁹ operantur qñ videt operãdi tẽpus ad finẽ tendere. vñ ⁊ dñs Joã. ix. Me oportet operari opera eius q̃ me misit donec dies est: venit em̃ nox in qua nemo põt opari. ¶ Tertio sunt bona ad premiandũ vt celestia et horum inopiã habebũt: qꝛ hic ea per cõdignam penitẽtiã non merẽtur. Vinũ em̃ bibere non debet qui respuit preciũ soluere a tabernario assignatũ. Et q̃ nõ vult in hyeme laborare nõ colligit qõ mãducet. Prouerb. xx. Propter frig⁹ piger arare noluit: mẽdicabit ergo in estate: ⁊ hoc notat cũ ꝯ Job. xxvij. Apprehẽdet eũ q̃si aqua ĩopia.

D Inopia

Primo ineuitabiliter: qꝛ non poterit quis quantũcumq̃ sapiẽs ⁊ potens inopiã illã quã tunc incurret impedire: sicut aque cursus ⁊ impet⁹ impediri non põt. Prouer. vj. Veniet tibi pauperies quasi vir armatus: inermis em̃ sede armato defendere nõ põt. ¶ Secũdo apprehẽdet eum indifferenter. Fames em̃ huius mundi non apprehẽdit diuites sed pauperes tantũ: sed illa inopia oẽs apprehendet cuiuscũq̃ status ⁊ cuiuscumq̃ conditionis: sicut aqua nulli parcit nullũ reueret. Pñ. Circũdederunt me sicut aqua: glossa. peccata. i. pena pro peccatis. ¶ Tertio apprehẽdet eum totaliter: qꝛ nõ erit sensus q̃ non patiat inopiã sui proprij et delectabilis obiecti visus lumine: auditus melodia: olfact⁹ bono odore: gustus cibo et potu: tactus suaui. immo quilibet contrariũ apprehendet. Cum quis em̃ cadit ⁊ mergitur in aliquã aquam: tũc aqua per oculos: per aures: per nares: per os ingreditur ⁊ totum tangit: inde est ꝙ de eorum maledictione dicit psal. Ingrediatur sicut aqua in interiora eius ⁊c. O quantũ dolebunt damnati quãdo propter vnum peccatũ tanta bona perdent et tantã miseriam incurrent. Eccli. ix. Qui in vno peccauerit multa bona perdet. Quia em̃ noluerunt in vita sua facere bonum: ideo omne bonum auferet ab eis: ⁊ hoc iuste. pñ. Noluit benedictionẽ et elongabit ab eo: ideo dicent illud Esa. lix. Expectauim⁹ iudiciũ ⁊ non est: salutem ⁊ elongata est a nõbis. Et subdit causam. Multiplicate sunt em̃ iniquitates nostre coram te. et peccata nostra respõderũt nobis. Vñ narrauit vir quidã magne ꝓbitatis nepos cuiusdã sancte mulieris ⁊ reputate sancte: ꝙ dũ ipsa semel in oratiõe rapta esset: vidit in spũ quãdã magnam comitissam q̃ fuerat ei familiaris: ⁊ cũ demones eius aiam traherẽt in infernũ ipsa eiulãdo clamabat dicens. Me miserã quia satis casta fui ⁊ abstinẽs ⁊ eleemosynaria: nec pro alia re dãnor: nisi pro ornatu vario quẽ nimis dilexi ⁊ admonita non cessaui. Hiere. viij. Vox clamoris filie mee de terra longinqua. s. inferni in qua vlulabit. ¶ Quarta bona sunt bona adiuuantia que multiplicia sunt. ¶ Primo quidẽ diuina mia cui⁹erũt expertes: qꝛ de cetero non miserebit eorũ deus. Esa. xviij. Non est populus sapiẽs ꝓpterea nõ miserebit eius q̃ fecit eum: ⁊ qui formauit eum non parcet.

E Adiuuantia

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pſ. Clamauerūt ⁊ ſalui facti ſunt ad dñm nec exaudiuit eos. ⁊ Prouer. j. Clamabunt ⁊ nō exaudiā ſcz poſt mortem. Ūn in vitis patrū legitur ꝙ cū quidā ſenex quandā ciuitatem intraſſet ad vendendū vaſa q̄ fecerat ⁊ ſederet ad ianuam cuiuſdā diuitis laborantis in extremis/ vidit quoſdā equites cū equis nigris horribiles: habentes baculos igneos in manib⁹ ſuis: ⁊ relictis equis ad ianuā/ intrauerūt domū. At ille infirm⁹ videns eos cepit clamare dicens. Dñe adiuua me. Illi aūt accedentes irridendo dixerunt ei. Nunc primo memor es dei quādo ſol obſcuratus eſt: q̄ ſole lucente oblitus es ei⁹. Nunc aūt nō eſt tibi porta ſpei aut conſolationis/ ⁊ hec dicens rapuerunt aīam ei⁹: ipſe aūt miſer nō ſeruauerat morem eccleſie q̄ dicit. Deus in adiutoriū in principio hore ⁊ nō in fine. ¶ Secundo ſunt adiuuātia bona: ſcz orationes ſanctorū. Eſa. xx. Quid facietis in die viſitationis ⁊ calamitatis de longe venientis? Ad cuius ſcz ſanctorū cōfugientis auxiliū. quaſi dicens nullus erit qui vos adiuuet. Hoc patuit in diuite. Luce. xvj. qui clamabat. Pater Abraā ⁊c. qui tñ nō eſt exauditus. Hiere. xv. Si ſteterit Moyſes et Samuel coram me nō eſt aīa mea ad populum iſtū: eijce eos a facie mea ⁊ egrediātur ad mortem ad gladiū ad famē ad captiuitatem ⁊c. Et ſequit. Quis miſerebit tui Hieruſalem aut quis cōtriſtabitur pro te: aut quis ibit ad rogandū pro pace tua? Cryſoſtomus. Ibi nec ſancti nec angeli pro hoībus intercedent: nec mirū cum deſcribant ſe balneare in ſanguine peccatorū. pſ. Letabitur iuſtus cū viderit vindictā/ manus ſuas lauabit in ſanguine ⁊c. ¶ Tertio ſunt oīa bona adiutoria ſuffragia eccl̄ie q̄ nec eis proderūt. Hiere. vij. Tu ergo noli orare pro pp̄lo iſto: nec aſſumas pro eis laudem aut orationē: nec obſiſtas mihi qr nō exaudiā te. Radix em̄ nō mittit humorem vel virorem ad ramū abſciſum: nec ſol lumen ad organū viſus macula opertū. Sic peccatū qd ſecū portat auarus impedit ꝙ eccl̄ie ſuffragia ip̄m nō iuuent. Inde dicit Luc. xvj. Magnū chaos firmatū eſt inter nos ⁊ vos: vt hi qui velint ad vos tranſire nō poſſint ſcz adiuuando. Chaos em̄ eſt iuſtitia diuina ex vna parte: ⁊ pctm̄ ex alia: ⁊ hoc notatur cū dicit in auctoritate a principio allegata. Nocte opprimet eum tempeſtas. Poſitus em̄ in maris tēpeſtate nō pōt ab amicis quibuſq̄ q̄ ſunt in ſicco veluto adiuuari. Job. xxxvj. dicit de cupidis Morietur in tempeſtate aīa eorū. Ūn quidā ſacerdos p̄ matre ſua defuncta ſe multum affligebat ⁊ frequenter orabat ⁊ celebrabat pro ea. Cum aūt ſemel pro ea celebraret ⁊ deſideraret ſcire de ſtatu eius/ vidit eam in ſpiritu iuxta altare detentam a duobus demonibus ⁊ ligatā: videbantur aūt ⁊ de capite eius dependere ſerpentes igniuomi tamq̄ capilli ⁊ collū eius circūcingere: ⁊ de manib⁹ eius videbat flamma exire: ⁊ dictus eſt ei ꝙ inutiliter orabat: qr erat damnata ⁊ mortua impenitens: ⁊ ꝙ hec patiebatur pro adulteriis ⁊ ornatu capitis luxurioſo ⁊ anulis manuū: et hmōi gaudiolis q̄ male acceperat ⁊ vſa fuerat in vanitatem. Ideo dicit Augu. ꝙ nō oraret pro patre vel matre ſi ſciret eos eſſe in īferno. ¶ Quarto pōt adiuuare ſepultura ī loco ſacro. Sed nec iſta eis proderūt vt oſtēdit multipliciter Grego. in. iiij. dialogorū dicens. Quos grauia pctā deprimūt non ad abſolutionem ſed ad maiorem eorū dāmnationem corpora in eccleſijs ſepeliuntur. Unde narrauit quidā archiep̄s Biſuntin⁹ in theologia magiſter: ꝙ cū in quadā abbatia fuiſſet ſepultus quidā vſurarius in clauſtro a monachis ſpe lucri: ipſe vſurarius de nocte egrediēs de ſepulcro clamādo ⁊ eiulando: diſcooperiebat domū ⁊ monachos mirabiliter inquietabat: ⁊ inuentus extra ciuitatem: mane iterum poſitus eſt in ſepulcro ſuo: qd cum pluries factum fuiſſet adiuratus eſt a quodaz viro ſancto quō ipſe ⁊ monachi quietem nō haberent At ille: deſperatū eſt de me: qr ſicut vſuris meis infeſtaui deum die ac nocte: ita non quieſcam amodo vnq̄/ vos aūt poteritis quieſcere ſi corpus meū de clauſtro eieceritis: quod cum factum fuiſſet non ſunt amplius moleſtati. Similiter voluptuoſi qui carnem ſuam curioſius ⁊ delicatius debito nutrierunt in carcere illo perpetuo grauiter punientur. vnde Eccli. xix. de fornicario dicit. Putredo ⁊ vermes hereditabūt illum. In qua hereditatione quatuor inueniri poſſunt notabilia valde. ¶ Primo iuſtū ⁊ equū: qr res mortuorū iure hereditario ad propinquiores deuenire debent. Nullos aūt propinquiores genere hz voluptuoſus q̄ putredinē ⁊ vermes: qr putre-

F Fornicarius.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ego pater et mater: vermis soror et frater. Job.xvij. Putredini dixi pater meus es et mater mea: qr ex ea oritur oīs homo naturaliter et soror mea vermib?. Dicunt enim fratres q̃ ex eodē patre generātur: homo eñ ⁊ vermes idem principiū habent: ⁊ ita equū ⁊ iustū est vt putredo et vermes mortuum hoīem hereditēt. Job.xxiij. Dulcedo illius vermis. i. ꝯm glossam caro: que dulcis fuit luxurioso vermis erit et a vermib? possidebit. ¶ Scdo ibi inuenim? acerbitatem: qr carnales ⁊ delicati q̃ modo pūcturam pulicis vel pediculi sustinere non possunt corrosiōes vermiū velint nolint cogēte diuina iustitia sustinebunt. Judith.xvj. In die iudicij visitabit eos ⁊ ignem dabit et vermes in carnes eorū vt vrantur ⁊ sentiant vsq̃z in sempiternū corrosiōes. s. vermium: vnde qui carnē suam delicate nutrit nutrimentū catuli facit: quia quantoplus eam impinguat ⁊ luxuriose delectat tātoplus corrosiōes vermiū multiplicat in futuro. Eccli.vij. Vlidicta carnis impij ignis et vermes. ¶ Tertio ibi reperim? ignobilitatem: quia si turpe ⁊ vile est esse pediculosum: multoplus vmiculosum ⁊ putredine plenū quod habebunt carnales in futuro. Esa.xiiij. Subter te sternet ⁊c. Nec mirum quia carnes nō salsate putredinē et vmes colligunt. Sic ⁊ homo q̃ per penitentiā seipsum nō affligit ⁊ deficcat. vnde Job.xxj. In puluere dormiēt ⁊ vermes operiēt eos. ¶ Quarto ibi reperit eternitas illius hereditatis qr eñ carnalis culpe finem non posuit: equū est vt iudex finē pene nō ponat. Esa.lxvj. Vermis eorum non morietur ⁊c. ¶ Vermis cōscientie ex syntheresi (cui? tres sunt actus) ortus ex quatuor procedit: in damnatis perpetuus: in alijs quadrupliciter corruptibilis. Capitulū.xviij.

8 Vermis v Syntheresis.

Ecūda pena spiritualis ipsius anime erit vermis consciētie de quo etiam dictum est Esa. vlti. Vermis eorū non morietur. Est autē iste vermis actus cuiusdam habit? vocati syntheresis vel magis naturalis potētie ꝯm Boñ. cuius tres sunt actus: vnus q̃ est instigare ad bonū et iste ablatus est a dānatis: qr ibi nō est amplio locus bñfaciēdi. Secūdus est q̃ est retrahere a malo faciēdo: ⁊ iste extinctus est in dēmonib? vel dānatis ꝓpter improbā malitiam volūtatis eorū. Tertius est remurmuratio cōtra malū factū et iste manet in eis iusto dei iudicio non tñ remurmurat malo culpe qr inhonestū. sed qr ex hoc puniunt. Nollet eñ impius peccasse vel fecisse vñ habet tot mala necesse pati. Est eñ syntheresis illa quantū ad hoc dei instrumentū ad flagellandū iniquos. Vec Bonauētura. Erit autē in damnatis remurmuratio ex quatuor. Primo ex peccatis cōmissis. Erit eñ cōsciētie remorsus q̃ orietur ex peccatis superbie: luxurie ⁊c. que cōmiserūt corde ore et opere: ⁊ fiet iusto dei iudicio vt vuli Bonauētura: vt mali simul oīa peccata memorentur vt de oñibus cōtinue torqueātur. O peccator cogita quantus erit dolor iste. Esset nāq̃z magnus dolor si ex putrefactione tue carnis vermes orirētur et continue morsu crudelissimo te morderēt. Certe maior erit dolor ex peccatis cōmissis qñ ex eis orietur vermis ꝑpetuo rodēs: de quo dolore. Sap.v. Turbabūtur timore horribili ⁊ mirabūtur in subitatiōe insperate salutis: et gemētes pre angustia spūs dicent intra se penitentiā agētes. Vi sunt quos aliquādo habuimus in derisum ⁊ in similitudinē improperij. Nos insensati vitam illorū estimabamus insaniā ⁊ finem illorum sine honore. Quō ergo cōputati sunt inter filios dei: ⁊ inter sanctos sors illorū est. Ergo erraui mus a via veritatis et lumen iustitie non luxit nobis: ⁊ sol intelligētie nō ortus est nobis. Vec dicent dānati in inferno penitētes de pctis cōmissis ⁊ videntes illos saluari quos hic cōtēpserūt. Sed vere hec penitētia tarda erit nimis quia sunt extra merendi statum. hec pena debet eis q̃ hic peccata sua non doluerūt nec de eis cōtriti sunt aut cōfessi. Et est simile de hac pena vermis: sicut si quis existēs in carcere cōsideret mala q̃ fecit ⁊ dolet se fecisse propter penam carceris quā patitur. Sic damnati propter penas horribiles quas patient vehemētissime dolebūt ⁊ se peccasse tristabūtur: nec poterūt se auertere ab illa cōsideratione. vñ Job.xxiiij. Dulcedo illius vmis. Loquit eñ per cōtrariū quia non dulcedo sed amaritudo dulcedinis loco. Sicut eñ vipere interiora dilaniant fetus eius. Sic peccatorū fetus dilacerant miserā mentē. vnde ⁊ Cato ad Catellū flagitiosum. Iniquitates ⁊ scelera tua quasi quedam furie occurrunt tibi. Esaie.ij. Sicut vestimentū

Remorsus.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nunc comedet eos vermis. Mali em̃ diui-
tes nunc coopertoriũ habẽt. vulgo dictum
de menuver. Sz in futura vita erit de gros
ver. Sed licet vermes moderni ⁊ corpora-
les sint suaues ⁊ leues: futuri tñ erunt viui
et rodẽtes. Tunc em̃ maxime torquebunt
in cogitationib⁹ suis: cogitãtes statum de-
lectabilem in quo fuerũt: ⁊ statũ tristabilẽ
in quo sunt quõ amiserunt societatẽ ama-
tam/locum amenũ: esculenta: poculẽta: in-
dumenta delicata loco istorũ inuenientes
cõtraria. vnde Augu. super illud. pſ. Po-
nes eos vt clibanum ignis. Sicut ignis in
clibano maiorẽ ex reflectiõe causat calorez
ita ex reuolutione et inclusiõe cogitationũ
iniquarũ maior causat pena. Job. xvij. Co-
gitatiões mee dissipate sunt torquẽtes cor
meũ. Q̃ si multũ torquẽt in vita ista quan
do talis recordatio est nuda sine exteriori
pena dum tantũmodo dissipãtur ⁊ spe fru
strantur: quid erit quãdo cum hoc crucia-
buntur ⁊ interius et exterius? ¶ Scõo erit
ymis ⁊ dolor ex bonis omissis necessarijs
ad salutẽ vt in christianis negligẽtia in no
titia ⁊ obseruãtia mandatorũ dei ⁊ in alijs
negligẽtia in notitia ⁊ obseruãtia promis-
sorũ scz votorũ ⁊ alior̃ que fieri debuerũt.
Quanta em̃ bona facerent dãnati si redire
possent. Sed qr q̃ diu in mũdo fuerũt ac-
quiescere noluerũt veritati: ideo nõ est mi-
rum si sint dãnati. Exemplũ hui⁹. Duo fra
tres fuerũt quorũ vnus fatu⁹ alter sapiẽs
simul per viam ibant. Cum autẽ peruenis-
sent ad biuiũ vbi erãt due vie vna delecta
bilis alia aspera. Fatuus respiciẽs viam de
lectabilẽ dixit sapiẽti. Eam⁹ per istã viam:
sapiẽs dixit ei. Frater etsi vi[illegible] ista per quã
vis ire sit delectabilis tame[illegible]n fine ducit
ad malũ hospitiũ. Cõsulo proinde q̃ eam⁹
per aliam qr licet sit aspera tñ in fine ducit
ad melius hospitiũ. Respõdet fatuus: vo-
lo magis credere oculis meis q̃ tibi de his
que non vides. Et posuit se in illa via: quod
vidẽs sapiens et nolens eum derelinquere
secutus est eum. Pergẽtes autẽ inciderunt
in latrones qui eos diuidẽtes posuerũt in
diuersis carcerib⁹. Factũ est autẽ vt rex il-
lius terre faceret oẽs incarceratos educi co
ram se die quadã ad iudicandũ eos. Veniẽ
tes autẽ isti inter alios cum se ibi viderent
dixit sapiẽs regi. Dñe: cõquero: de isto fra
tre meo: cum em̃ essemus in via ⁊ ipse sit fa
tuus: ⁊ reputatus sum sapiens mihi nole-
bat credere vt iremus per bonam quandã
viam quã eum docebã: sed fecit me ire per
malam in qua incidimus in latrones vnde
reus est mortis mee. Fatuus ecõtrario di-
xit regi. Dñe immo ego conqueror de fra-
tre meo quia cum sit sapiẽs non debuit me
tam facile sequi per viam quã sciebat esse
malã: quod si non fecisset ego redijssem et
secutus eum fuissem ⁊ euasissem periculũ:
vnde reus est mortis mee. His auditis rex
dedit sententiã. Tu fatue noluisti sapienti
credere: et tu sapiens secutus es fatuum:
ideo vterq̃ suspendemini. Sic erit in con-
summatione seculi cum exibunt anime de
inferno vel alijs locis ad recipiendũ corpo
ra ⁊ iudicãdũ coram deo. Quia em̃ corpus
fatuum sequi noluit consiliũ spiritus: ⁊ spi
ritus sapiẽs secut⁹ est corpus fatuũ vterq̃
condẽnabitur. ⁊ ideo dicitur Apo. j. q̃ gla
dius. i. eius sentẽtia est ex vtraq̃ parte acu
tus: quia aiam ⁊ corpus perdet. Et qr hoc
valde timendũ est. dicit Matth. x. Illum
timete qui potest corpus et animã mittere
in gehennã ignis. Est igitur dãnatis maxi
mus dolor eo q̃ remissi fuerunt ⁊ negligẽ
tes circa sue salutis opera. Joan. iij. Qui in
credulus est verbo dei: ira dei manet super
eum. Quantũ autẽ soliciti sunt hoĩes de vi
ta corporali satis patet. Sed q̃ negligen-
tes de salute anime sue adhuc amplius pa
tet. Quãtus autẽ dolor eis erit cum dãna-
buntur ⁊ ex negligentia tales penas incur
rent non est q̃ estimare possit. ¶ Tertio erit
remorsus cõscientie ex bonorũ fortune vili
exercitio siue abusu. Scit em̃ deus quomo
do vtuntur immo abutuntur hoĩes bonis
terrenis que data sunt ad salutem procurã
dam ⁊ vt mediũ ⁊ occasio salutis retinent:
quippe multa supflua: nec necessitatis tẽ-
pore pauperibus ministrãt. Sed edificijs:
superfluis vestibus: et ludis ⁊ alijs pecca-
tis exponunt. Et hoc ideo quia sunt ita in-
sensati q̃ solum de his rebus tẽporalibus
curãt ac si immortales essent. Sed cum mo
rientur ⁊ improperabit. Quia recepisti bo
na in vita tua: Lazarus similiter mala. nũc
autẽ hic consolatur: tu vero cruciaris. Hec
autẽ pena his maxime debebitur qui tẽpo
ralia inutiliter aut seruauerunt aut expo-
suerunt. Inde diuitib⁹ dicit Jaco. j. Agite
diuites: plorate: viulate in miserijs vestris
que aduenient vobis. Diuitie vestre putre
facte sunt: ⁊ vestimenta vestra a tineis cõ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

esta sunt:aurum ⁊ argentum vestrum eru⸗
ginauit: ⁊ erugo eorum in testimoniū vo⸗
bis erit ⁊ manducabit carnes vestras sicut
ignis. Thesaurizatis eñ vobis iram: id est
damnationē. Et manducabit non solū car
nes sed etiam animas: id est condēnabimi
ni nō solum in carne sed etiā in anima pro
pter vestram auaritiā. ¶ Quarta pena ver
mis erit remorsus siue dolor ex donis gra⸗
tiarum perditarū. Dona gratie sunt dupli
cia. Quedā sunt gratie gratis date: vt sciē⸗
tia: ingenium: sanitas: eloquentia: ⁊ multa
alia. Alia sunt gratum facientia: vt ea que
dantur in sacramentis. dolebunt igitur dā⸗
nati quia non vsi sunt ad salutem gratijs.
Romañ. vj. Gratia dei vita eterna. et pſ.
Gratiam ⁊ gloriam dabit dñs: et maxime
qui in baptismo gratiā cum alijs virtuti⸗
bus fide scilicet ⁊ spe susceperunt. Qꝫ dole
bunt qui a deo fuerunt dispositi ad salutē
vt si illam custodissent in celesti gloria cum
alijs beatis positi fuissent. Nam gratia fa
cit hominē iustum. Juxta illud ad Titum
iij. Justificati gratia ipsius heredes sum⁹.
ſm spem vite eterne. Quot enim sunt ho⸗
minū subtilia ingenia in multis mundi re
bus. Aliqui eñ sunt in edificijs subtiles:
alij in picturis: alij in pannorū facturis vt
tapetis: alij in scripturis: alij in mercatu⸗
ris: et breuiter: non est aliqua parua ars in
mūdo in qua non sint plures subtilitates.
Non est aliqua simplex vetula que non ha
beat ⁊ sciat aliqua specialia media ad vitā
temporalē manu tenendā. Sciunt multas
Friuolas narrationes: maleficia ⁊ sortilegia:
et vna puella statim scit multas cātilenas
ludere ⁊ chorizare: et alia multa talia que
plus faciunt ad damnationē ꝙ ad salutē.
Sed paucissimi sciunt viam paradisi aut
quomodo gratiam dei acquirant et sic in
ipsis dona nature ⁊ gratie nō habēt vsum
principalē: propter quē facta sunt ⁊ dona⸗
ta: ⁊ sic totus mūdus in maligno positus
est. i. in malo cōcupscentie igne. ¶ Sed que
ritur circa hoc. Utrum vermis iste in dam
K Dānati natis sit spiritualis an corporalis: et vide⸗
tur ꝙ sic. Judith. vlti. dicit. Dabit ignem ⁊
vermes in carnes eorū. sed que sunt in car
nibus sunt corporalia ⁊ materialia: igitur.
In oppositū arguitur quia dicitur Esaie
xliij. de diabolo: operimētū tuum vermes.
Sed constat diabolum non habere vermē
materialē: igitur. Ad hoc respondet Bona
uentura in. iiij. dist. l. ꝙ circa hoc August.
xx. de ciui. dei ponit duplicem opinionem.
vnam que dicit ꝙ ibi erunt vermes mate⸗
riales affligentes corpora: et hoc propter
multa. Nam scriptura sacra sepe coniūgit
penam ignis cum pena vermis vt patet in
auctoritate allegata ante oppositū: ⁊ simi
liter Eccli. vij. Vindicta impij ignis et ver⸗
mis. Sed scriptura non potest exponi tan⸗
tūmodo de igne spirituali: alioquin dicere
tur ꝙ ignis eternus inferni non esset nisi
ignis spiritualis: ergo nec vermis tantū⸗
modo exponi potest de verme spirituali:
ita vt sicut igne punitur corpus et anima:
ita ⁊ verme similiter puniatur vtrūq̄. Pre
terea dānati resurgent cum penalitatibus
et deformitatibus suis: igitur habebūt cor
pora putrefactibilia sicut nunc. Sed ex cor
pore putrefactibili generātur vermes nūc:
igitur et tunc. Et sicut per instrumentū di⸗
uine iustitie ignis affligit demones q̄ sunt
spirituales: sic ⁊ vermis nō ex eis genitus.
Sed ad vindictam malefactorū a deo crea
tus. Nec morietur ille vermis inter ignes.
sed conseruabitur sicut et damanorū cor⸗
pora in illis ignibus conseruabūtur. Alia
est opinio dicentiū ꝙ non erit ibi vermis
corporalis sed spiritualis. ¶ Tum primo
quia nullus vermis materialis est immor
talis cum habeat formam corruptibilem.
Sed vermis ille non morit. Esaie vltimo.
igitur. ¶ Tum secūdo quia vermis materia
lis in sua origine ⁊ nutritione aliquid mi⸗
nuit de substantia corporis. ergo si corpus
illud non est minuibile non est circa illud
talis vermis. Et sicut ignis materialis af⸗
fligendo corpus affligit animā ei vnitam:
sic vehemens dolor et remorsus siue tristi⸗
tia anime redundat in corpus: quia Pro⸗
uerb. xvij. Spiritus tristis deficcat ossa. Et
quia erit in damnatis magnus remorsus
conscientie ⁊ dolor: ita etiam vt redundet
hec mestitia in carnem. Ideo vere dicit scri
ptura ꝙ daret vermen in carnem eorum ⁊
hoc expressit multum ad terrorem carna⸗
lium qui magis abhorrēt penam carnis ꝙ
anime. Et sic sicut ignis inferni procedit ab
exterioribus ad intima puniendo: sic econ
trario vermis ab interioribus ad exteriora
procedit: ideo ignis est materialis et ver⸗
mis spiritualis. Et hec opinio videtur ma
gis ab Augustino ibidem approbata. Dicī
tur scō ſm eundē ꝙ sicut in verme mate⸗

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Z Mor/ sio.

riali duo sunt cõsideranda origo scz ⁊ mor sio. Oritur em̃ ex putrefactione ⁊ mordet illud in quo oritur. Sic ĩ spũali dolore nõ quilibet dolor est vermis: sed q̃ nascitur ex putrefactione pcti: ⁊ tũc pctm̃ dicit putri/ dum quãdo finaliter in eo requiescit aĩa. vnde Johel. j. Cõputruerũt iumẽta in ster core suo. Scõo opz ꝙ fit in dolore morsio que causatur ex cõcursu duoꝝ mouentiuz sibijnuicem obuiantiũ ⁊ resistentiuz. Que duo sunt volũtas naturalis ⁊ volũtas de/ liberatiua quarũ vtraq̃ mouet aĩam. Sz cõscientia dictante aliqõ factũ esse indebi tum: tunc obuiant sibi/ quando naturalis voluntas detestat indebitũ ppter qõ tan/ tã cõsequit penã: ⁊ tn̄ deliberatiue volũ/ tati placet. Tunc em̃ resistunt qn̄ vtraq̃ in suo actu viget: sic ꝙ illa efficaciter detesta tur ⁊ ista ĩmutabiliter adheret. ¶ Dicitur tertio ꝙ quadrupliciter põt deficere ver/ mis. Primo ppter defectũ putrefactionis vt in iustis q̃ nihil habẽt peccati. Secũdo

Deficere.

quãdo est materia vermis scz pctm̃: sed tn̄ nõ est conscientia de pctõ vt in hereticis q̃ credũt peccãdo bene fecisse. Tertio quãdo deficit obuiatio: vtputa in penitentib̃ ve/ re qui dolent de culpa ꝓm voluntatem nõ tm̃ naturalez: sed etiã deliberatiuã. Quar to quãdo deficit resistentia vtputa qn̄ vo/ luntas tanta delectatione fertur in pctm̃ qõ absorbet volũtatis naturalis motũ vt nõ sentiat. de quib̃ Prouer. j. Letantur cũ malefecerint ⁊ exultant in rebus pessimis. Ex quib̃ ptz ꝙ in dãnatis maxime vige/ bit vermis. Quia ibi erit pcti putrefactio: ex hoc ꝙ pctm̃ finaliter remãsit in aĩa eoꝝ Ibi erit etiã cõcursus ppter pctõꝝ aptissi mã visionẽ. Vñ ⁊ glos. sup illud Eccli. vij. Vindicta carnis impij ⁊c. Dicit ꝙ vermis est sera scelerũ pnĩa: tũc em̃ penitebũt: sed tarde nimis. Erit etiã ibi obuiatio ppt̃ vo lũtatis deliberationẽ obstinationẽ ⁊ syn/ teresis remunerationẽ. Ibi erit ⁊ resisten/ tia: qz delectatio pcti erit ablata per pene acerbitatẽ: ⁊ ex hoc ipsius synteresis actio fortificata: ⁊ ex hoc vermis mirabiliter ro dens ⁊ puniens. Hec Bonauentura.

¶ Damnati irã ex causis tredecim appre/ hensam ꝓtra diuinã potentiã/ propriã mi seriã/ demones ⁊ amicos/ ⁊ eos qui peccã/ di occasionem eis dederunt ĩmitigabiliter exercebunt.

Capitulum. xix.

Tertia pena erit rã

n Iracũdia.

coꝝ iracũdie. Tanta em̃ pena est iracũdia in hoĩe irato vt in nul lo q̃ncz possit cõsolari: comede/ re aut bibere: aut etiam aliq̃d boni facere: Hec erit in dãnatis pena vt vult ps. Pctõꝝ videbit ⁊ irascet dentib̃ suis fremet ⁊ ta/ bescet ⁊c. Hec aũt pena eis cõtinget cõtra quatuor eis displicẽtia. ¶ Primo irascent cõtra diuinã potentiã. Judicabũt em̃ deũ esse iniustũ tortorem ⁊ ĩmisericordẽ: ⁊ ideo cõtra eũ irascent ⁊ furore magno blasphe mabũt. Esa. viij. Cũ esurierit irascet ⁊ ma/ ledicet regi suo ⁊ deo suo. O quãtus furor quãta insania quãtus rancor in damnatis maledicere factori suo ⁊ cõtra iudicem iu/ stissimũ irasci. Hec pena erit illis q̃ nolunt irasci cõtra pctã sua ⁊ suas pessimas con/ suetudines q̃ si hic displicerẽt eis nõ alibi displicerent: sed eas dimitterent/ nec conti nue peccarent/ quib̃ precipit̃ in ps. Irasci

O Ira.

mini ⁊ nolite peccare. Vñ duplex est ira: vna p Zelũ: alia p inuidiam vel vindictã. Prima est bona: qz cõtra pctm̃. Scõa ma/ la ⁊ phibita: qz mihi vindictã ego tribuã Damnati em̃ erũt ira ⁊ furore pleni: ita vt vellent deũ nõ esse si hoc possent facere: et sic quãtomiñ poterũt irã suã exercere ma gis dolebũt. Videnť aũt aliqn̄ aliqui irati qui qn̄ iuxta irã suã ⁊ volũtatem nõ pote/ rant agere quasi in furorem versidentibus suis lignũ vel baculũ mordebant. Sic erit in dãnatis. Sed ecõtrario deus eis maxi/ me irat̃ videbit̃ ita ꝙ iracũdia eius adeo grauis erit ꝙ facili̇ esset eis sustinere mõ/ tes ⁊ saxa sup se q̃ irã illã. Apo. vj. Reges terre ⁊ principes ⁊ tribuni ⁊ diuites ⁊ for tes ⁊ oĩs seruus ⁊ liber absconderũt se in spelũcis ⁊ petris montiũ: ⁊ dicent monti/ bus ⁊ petris: cadite ⁊ abscondite nos a fa cie sedentis sup thronũ: ⁊ ab ira agni: qm̃ venit dies magn̄ ire ipsorũ. Et q̃s poterit stare? Esa. xxx. Ardens furor ei̇ grauis est ad portandũ: facili̇ em̃ portarent oẽs mõ/ tes de mũdo q̃ irã dei. Sũt aũt multa ex quibus hmõi ira ppendi põt. ¶ Primũ est

P Deprehendit

sequestratio a sua presentia. Exemplus de Absalone. ij. Reg. xiiij. qui ppter iram pa tris eiectus erat a facie eius multis annis nec vidit faciem regis. Sic isti in eternuz. Matthei. xxv. Discedite a me maledicti. ¶ Scõm est piectio eoꝝ in locũ ire sue. Va

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

bet eñ dñs ſicut princeps magn? carceres multos quorũ vnus eſt pro illis quibus eſt ſumme iratus ⁊ iſte erit infernus. Apocal. xiiij. Et vindemiauit angelus vindemiam terre: ⁊ miſit in lacũ ire dei magnũ. ¶ Tertium eſt vehemẽtia turbationis in eo apparens que tãta erit ꝙ videbitur in eis agere ſicut furioſus. Quis eñ non reputaret patrem furioſum qui proijceret filios ſuos in ignẽ: ſicut tunc fiet ab eo? pſ. In ignẽ deijcies eos in miſerijs non ſubſiſtẽt. pſ. Deus in ira ſua conturbabit eos: ⁊ deuorabit eos ignis. ¶ Quartũ eſt ĩmiſericordia ſup eos. Si eñ turbatus ad horã ſuper eos deſeuiret eſſet tolerabile. Sed ſic erit iratus ꝙ nõ flectet miſericordia iram eius vt extrahat eos de igne: ſed perpetuo ardebunt coram eo. Eſa. lxv. Iſti erũt fumus in furore meo ignis ardẽs tota die. Prouer. xxvij. Ira nõ habet miſericordiã: nec erũpens furor: ⁊ impetũ concitati ſpũs. ſ. dei ferri quis poterit Iere. xxiij. Ecce turbo ſcꝫ diuine indignationis egredietur procella erũpens ſup caput impiorũ/ veniet ⁊ non reuertetur furor eius. ¶ Quintũ eſt traditio eorũ ad torquẽdum in manibus peiorũ inimicorum quos habebunt ſcꝫ demonũ. Mat. xviij. Iratus dñs eius tradidit eũ tortoribus ſcꝫ demonibus qui dicũtur per excellentiã tortores. Dicitur eñ in legẽda ſancti Antonij ꝙ poſt verberationẽ qua demones eum verberauerant dixit verbera fuiſſe tã grauia vt oĩa tormẽta humana ſuperarẽt. Vnde ⁊ quaſi mortuo in medio poſito cõcurrentes monachi officiũ faciebant? Si igitur in pſenti ſic flagellãt ad probationẽ quomodo tunc torquebũt ad punitionẽ. ¶ Sextũ eſt gaudiũ de penis eorũ. Non eñ ſolum ſuſtinebit eos ſic corã ſe torqueri. Sed videbitur ridere et irridere. Prouerb. j. Ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo ⁊ ſubſannabo cũ vobis quod timebatis aduenerit. ¶ Septimũ eſt obduratio ad gemitus ⁊ clamores eorũ. Ipſi eñ pre dolore cordis clamabũt: vt ꝛ Eſa. lxv. Sed hoc nõ mouebit eũ. Sicut econtrario quõdam motus fuit ſuper filios Iſrael in Egypto clamãtes ⁊ gemẽtes. Exo. iij. Vidi afflictionẽ populi mei ĩ Egypto ꝛc. ¶ Octauum erit repulſio precũ: cum eñ eſſet vehemẽter dñs iratus populo ꝑ vitulo conflatili ⁊ vellet eũ delere: tamẽ ad pces Moyſi placatus eſt ab ira illa. Exo. xxxij. Sed pro illis nullas audiet preces. Prouerb. vj. Zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindicte: nec acquieſcet cuiuſqꝫ precib?. Job. ix. De? cuius ire reſiſtere nemo põt. Prouerb. xix. Sicut fremitus leonis ita ira regis ſcꝫ ſummi: rugiente eñ leone timẽt oñes fere deuorari. Sic dãnati cogitãtes irã dei. ¶ Nonum eſt reprobatio ſacrificiorũ/ tempore ſiquidẽ Noe placatus eſt a bira qua concitatus deleuit mundũ ad ſacrificia animalium que obtulit Noe. Gen. viij. Odoratuſqꝫ eſt dñs odorẽ ſuauitatis: ⁊ ait ad Noe: nequaqꝫ vltra maledicã terre ꝓpter homines. Sed ꝓ iſtis nõ accipiet aliquas oblationes etiã illud beatiſſimũ ⁊ acceptiſſimũ ſuper oñia altaris ſacrificiũ: nec accipiet pro redẽptione dona plurima. ¶ Decimũ eſt reſeruatio corporis ad maiorẽ penam. Iere. xvij. Induc ſuper eos diem afflictionis ⁊ duplici cõtritione contere eos. Exemplũ de tyrannis qui ad maiorẽ penam puniri faciunt ſuos incarceratos in diuerſis partibus vel in diuerſis tẽporibus. ¶ Vndecimũ eſt nutrimẽtum penarũ. Ipſe enim ſicut faber ſufflat ignẽ ne deficiat: ſic deus ſufflat ignẽ infernj ne deficiat. Eſa. xxx. Spiritus dñi quaſi torrens ſulphuris ſuccẽdet. ſ. fornacẽ infernj. ¶ Duodecimum eſt exultatio turbe celeſtis in pena eorũ de qua Pſ. Vt faciant in eis iudiciũ conſcriptum gloria hec eſt oĩb? ſanctis ei?. Quis eñ dubitet ꝙ illi qui ſue conformes ſunt in oĩbus voluntati/ nunqꝫ ſic gauderẽt niſi ſcirent ipm valde iratũ cõtra dãnatos: bonorũ eñ eſt gaudere de vindicta inimicorũ dñi ſui. Iuxta illud pſ. Letabitur iuſtus cũ viderit vindictã: manus eius lauabit in ſanguine peccatoris. ¶ Decimũ tertiũ eſt clauſio porte celeſtis perpetuo ſuper eos. Matth. xxv. Et clauſa eſt ianua. Tunc eñ porta celi erit clauſa ⁊ porta infernj aperta. Primũ erit occaſio clamoris ſicut clamatur ad portã clauſam. Secundũ erit materia vlulatus ſicut vlulatur cũ introducitur quis in carcerem. Sophon. ſ. Vox clamoris a porta piſcium (ſcꝫ a porta celi) per quã intrãt piſces (ſcꝫ ſancti qui ad modum piſciũ hic viuunt) in fluctib? maris. i. in tribulationibus. Vel per piſces ſancti intelliguntur quia ipſi ſquammis morũ ornati ⁊ virtutũ pẽnulis electi. ſicut piſces in aqua viuarij intrabunt in gaudiũ dñi ſui: habentes in paradiſo vndiqꝫ gaudium ⁊ delicias vt piſcis in viuario aquas. Sed eſt vlulat? a ſecũda ſcꝫ in introitu inferni. ¶ Sed que?

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Q Deus. ritur vtrū ire dei quis resistere possit? Et videtur ꝙ sic: ōr enim Exod.xxxij. Dimitte vt irascatur furor meus contra eos ꝛc. Et patet etiā. Nume.xvj. de Aaron quando inter viuos ꝛ mortuos thuribulum sumpsit: ꝛ de Phinees qui luxuriantē cū alienigena trucidauit. Nume.xxv. de quo pſ. Stetit Phinees ꝛ placauit ꝛ cessauit quassatio. Itē de Dauid qui angelo percutiēti se opposuit. ij. Reg.xxiiij. ¶ Sed in oppositum arguitur. Job.ix. Deus cui⁹ ire resistere nemo potest. Ad hoc respōdetur ꝙ dupler est voluntas dei: vna est antecedēs qua vult omnes homines saluos fieri/ꝛ qua voluit cōgregare Hierusalē quasi sub alis. Mat.xxj. et licet ista voluntate quādoq̄ sit iratus tamē per penitentiā quotidie placatur vt ptz in Ezechia ꝛ Niniue ciuitate. Aliquando p preces sanctorū. vnde Greg. Sancti qui ire dei obuiant ab ipso accipiūt vt cōtra impetū percussionis eius opponātur. Atq̄ vt ita dixit cū ipso se erigunt contra ipsum: qr in eo ꝙ aduersum sentientis irā foras obtinēt intus eos gratia irascētis fouet. Iterū dicit Gregoriⁿ. Quid est seruo dicere dimitte me: nisi deprecandi ausum prebere: ac si aperte diceret pensa quantū apud me valeas ꝛ cognosce quia obtinere poteris quicquid pro populo oras. Alia est volūtas efficax qua ipse determinate vult p̄destinatos habere gloriā ꝛ reprobos damnari ꝛ ista nunq̄ mutatur: qr determinate scit qui sunt predestinati ꝛ qui reprobi suis exigētibus demeritis. Ideo ista ira nūq̄ pacificatur: quia qui istā iram meruerūt: eundē pacificare potuerūt sed noluerunt. vñ ad Hieremiā. Hiere. xiij. dictum est a dño. Quid clamas ad me sup contritione: insanabilis es ꝛc. ¶ Secūdo dānati irascentur contra propriā miseriā sicut videmus aliquos hoīes cōtra se iratos qui sibiipsis dicunt. O miser homo tu hoc fecisti ve tibi. Et quādoq̄ manus vltrices in seipsos injciunt/se ledendo verberando aut aliquid hmōi faciēdo. Sic ꝛ dānati contra seipsos valde irascentur quia peccauerūt ꝛ sibi maledicent. Sed seipsos interficere nō possunt sicut desperati seipsos interficiunt in hoc mundo aut suspendendo aut gladio occidēdo. Unde ex ira sua contra se manducabunt linguas suas. Apocal.xvj. Seipsos in linguis mordebunt pre furore et ira. Et huius ire causa est peccatorū commissio et bonorū perditio. ¶ Sed nunquid iste pene quandoq̄ erunt minores: sic ꝙ dānati aliquando minus patiantur? Respondet Bonauē. di.xlvj. quarti. Qr mitigatio pene dānatorū dupliciter potest intelligi aut quantum ad taxationē ꝛ pene iflictionem. Et sic in inferno est mitigatio: qr diuina iustitia non totū exigit pro eo ꝙ eius pietate interueniente aliquam partē pene infligende remittit. Alio modo potest itelligi mitigatio post pene taxationē ꝛ pene inflictionē ꝛ hoc modo nulla cadit mitigatio a diuina misericordia/quia extunc claudūtur viscera pietatis. ¶ Tertio irascentur demonibus qui eos tentauerūt ꝛ in multis peccatis cadere fecerūt: ita ꝙ erit eis maximus dolor illos videre: sicut multa pena est irato videre inimicū suū ꝛ maxime qui eum maxima bona perdere procurasset. Apoca.xiiij. Qui adorauerit bestiam. i. ei consenserit ꝛ acceperit imaginē eius faciendo peccatū bibet de vino ire dei. Ezechie.xxxij. Descenderūt in infernū cū armis suis posuerūt gladios suos sub capitibus suis. Arma iracundorū sunt ira ꝛ odium ꝛ mala volūtas ꝛ inuidia: que sunt peccata que nō occidit mors sed remanēt in inferno vt dicit glos. Gladij vero quibus se ipugnant sunt maledictiones ꝛ blasphemie: ꝛ sequitur. Ferūt iniquitates eorū in ossibus eorū. i. iniquitatis causas ꝛ occasiones deferunt in demonib⁹ qui sunt potēstes inferni. ¶ Quarto irati erunt cōtra eos quos nunc dicūt amicos qui erunt vel fuerūt eis causa dānationis. Ex talibus enim dānati patiētur ꝛ corporaliter ꝛ spūaliter. Sed plus in aia q̄z in corpore. Sicut enim videmus ꝙ scintille que de fornace exeunt non sunt vnite nec coniūcte: sed per violentiam ignis vna ab alia segregatur ꝛ dispergitur. Sic anime dānate propter violentiā ignis inferni quo sunt inflāmate diuidunt⁹tur ab inuicem per iram/turbationē/tristitiam/desperationē: etiam frater aduersus fratrē ꝛ pater in filium. Narratur enim de vsurario ꝛ filio eius quos alius filius religiosus factus vidit in inferno descendētes vicissim vt duas fistulas in puteo. Cum aūt sibi mutuo obuiarent se inuicē mordebant et maledicebāt: pater dicebat filio. Maledicta sit hora fili ī qua te genui: ꝛ tu sis maledictus quia propter te feci mala propter que hic crucior. Econtrario filius patrē maledicebat ꝛ horam qua eius pater fuerat: quia eū docuerat fenerari ꝛ alienum ei reli

R Mitigatio.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

querat: vnde in perpetuum torquebatur.
G Occasio. ¶ Et si queratur vtrum etiã irascentur contra eos quos nunq̃ viderunt: aut qui nũq̃ eis fuerunt occasio peccandi? Respondetur q̃ sic: qr dẽs dãnati sibi inuicem nocebunt et in ardore ⁊ in clamore ⁊ in pondere: et in multis alijs vt dictũ est. ideo etiã sibi inuicem irascentur ⁊ maledicent. Talis autẽ pena eis debetur qui non irascũtur debite corrigẽdo filios ⁊ filias suas seruos ⁊ ancillas sibi subditas q̃b? accidet sicut Heli. j. Reg. ij. qui non debite et seuere castigauit filios suos: propter quod ⁊ ipse ⁊ filij eius in vna die turpiter perierũt: et sic sepe punit deus patres ⁊ matres propter peccata filiorũ cõtra que noluerunt irasci ira bona ipsos castigando: ⁊ quia nolunt hic virtuose irasci: irascentur in alio seculo in eternum contra eos: ⁊ filij contra patres: et subditi contra dominos. Sic igitur irascatur vnusquisq̃ contra peccata ⁊ sui et proximi ne postea in eternum irascatur eis.

¶ Damnati quadrupliciter timore superbie cruciantur. Capitulũ. xx.

T Timor. Tarta pena spiritualis est timor superbie p̃ pter quatuor penas. ¶ Prima qr eis displicebit dominiũ creatoris. Hec em̃ maxima erit superbia vt eis displiceat deũ esse dominũ vniuersalem omniũ creaturaꝝ: immo nollẽt sibi subijci: cũ tamen ab eo habeant esse ⁊ viuere: et ab eo multa bona receperint q̃bus abusi sunt nunq̃: tamq̃ poterunt illud abijcere dominiũ ⁊ hoc erit eis maxima pena. Videmus em̃ cum aliqui sunt sub aliquo dño vel prelato ⁊ maxime si eos molestet puniat ⁊ corrigat contra ipsorũ voluntatẽ multum eis displicet. Et hec pena illis debetur qui hic nunq̃ vere permanserũt sub eius dominio preceptis eius obediẽdo: sed fuerũt sub dominio diaboli. Et ideo cui? fuerunt serui ab eo priuabũtur et cum societate dñi sui perpetuo permanebunt. Quomodo em̃ se possunt dicere sub dominio dei qui eius repugnant voluntati nec curant scire q̃d eis precepit aut mãdauit. de quibus ꝛc ad Titũ. j. Inquinate sunt mens eorũ ⁊ consciẽtia: cõfitentur em̃ se nosse deũ: factis aũt negant cũ sint abominati ⁊ incredibiles ⁊ ad omne opus bonũ reprobi. Tales sunt plures similes illi de quo Beda in gestis Anglorũ. Nouisse inquit vtinam non nouissem conuersum solo nomine sed moribꝰ peruersum/qui cũ corriperetur non emendabatur. Sed qr seruus erat optimus propter necessitatem: fabrilis officij tolerabatur: infirmitatẽ tandẽ incurrens monetur a fratribꝰ vt peniteat ⁊ confiteatur. Sed acquiescere nolẽs dicit satis superesse tẽporis. Tandẽ cum ingrauescente morbo a fratribus iterato moneret. Respõdit infernum esse sibi paratũ vsq̃ ad profundũ ⁊ non longe a Juda ⁊ Pilato et Caypha locum sibi paratum. Cum fratres eũ prouocarent ad penitẽtiam dicit se non posse penitere: cum cõtra eũ iam datũ esset iudicium ⁊ sic miser mortuus est. Sunt em̃ plures tales qui christiani solo noĩe/moribus sunt p̃uersi/dei negatores/periuri/mẽdaces/luxuriosi/gulosi/⁊ sic de alijs q̃ nũq̃ emendãtur sed perseuerant vsq̃ ad mortẽ. Timeo ne talibus fit locus cum Juda paratus in inferno. Et si aliqui eorum videãtur penitere: nescio si fit sufficiens penitẽtia ad salutem. Nõ igitur cuiq̃ displiceat hic agere penitentiã: ⁊ se supponere per verã obedientiam diuine volũtati: custodiendo eius mandata/quia hec sunt via perueniẽdi ad celũ. j. Pet. j. Humiliamini sub potẽti manu dei vt vos exaltet in tẽpore visitationis: omnẽ solicitudinem vestrã proijciẽtes in eũ quoniã ipsi est cura de vobis. Qr si ei cõtra dicendo ⁊ superbiẽdo mortui fueritis: perpetuo humiliabit vos in inferno cum demonib?: quia qui se exaltat humiliabitur. Vñ pſ. de peccatore dicitur. In laqueo suo humiliabit eũ: vnde. s. non poterit exire: ⁊ tũc humiliatio est supbo maxima pena. Quid tunc erit de superbis huius mundi qui tantum gloriantur in superbia sua: certe taliũ multi velint nolint in inferno subijcientur: et erit eis maxima pena q̃ illam subiectionem euadere non poterunt. pſ. Dñs conscidet ceruices. i. ceruicosas superbias peccatorũ. Pſ. Superbia eorum qui te oderunt ascẽdit semper/glos. magistri. In cõspectu tuo ne obliuiscaris eorũ punitionem. ¶ Secũda pena ĩ superbia damnatorũ erit: quia eis nõ placebit iustitia redemptoris: ⁊ hec erit maxima superbia tanto iudice et tã veraci et iusto iudicio non contentari. Ratio autem huius displicẽtie erit: quia iudex strictissime de omnibus peccatis tam magnis q̃ paruis iudicabit. In iudicio humano de vno vel paucis articulis cõtendit: ĩ iudicio

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

diuino de oibus:et propter hoc nūc non re cipiūt ad seipsos in futurū iudicādos. Inde est ꝙ dū veniēt ad cōputū reddendū dū videbunt arctā dei iustitiā murmurabunt. Credunt tamē ꝙ fit sic de iustitia dei sicut est in hoc mūdo vbi sepe de iure dimittitur ad magnas vlnas vt pars altera iuris habeatur. Sed tūc nō erit sic:quia vsqꝫ ad vltimū quadrātē oia scrutabūtur. vnde Esa. v. Opus dñi non respicitis:nec opera manuū eius cōsideratis: ꝓpterea captiuꝰ ductus est populus meus: qꝛ nō habuit scientiā: ꝓpterea dilatauit infernus aiam suā: et aperuit os suū absqꝫ vllo termino:ꝛ descēdent fortes eius ꝛ populus eius et sublimes gloriosiqꝫ eius ad eū: et incuruabitur hō ꝛ humiliabitur et oculi sublimiū condēnabūtur:ꝛ exaltabitur dñs exercituū in iudicio:ꝛ deus sanctificabit in iustitia. Quāta pena est homini superbo cū ad oppositū eius qd intēdit iudiciū exercetur. Et quāta murmuratio cōtra iudices ꝛ eoꝝ iudicia norūt:qui in solio iudicij sedēt. ¶ Tertia pena qꝛ semp desiderabūt facere suā ꝓpriā volūtatē:ꝛ tn nūqꝫ faciēt. Superbia em̄ siue superbire dicitur quasi sup aliū ire: qn igitur quis vult facere suā volūtatē ꝛ nō vult dominis subiici supbus est qualis erit oīs dānatus. Sed tn erit misera eorū volūtas:qꝛ multa volēt que nō poterunt adimplere: ꝛ hoc erit eis maxima pena:sicut videmus in his qui aliquid maxime cōplere desiderāt/ et tn nō possunt: ꝛ hoc ideo quia diuinā noluerūt implere voluntatē: sic nec sua implebitur. Inde Mat. vij. dicitur. Non oīs qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnum celorū:sed qui facit volūtatē patris mei qui in celis est:ipse intrabit in regnū celorū. vnde Rom̄. xij. Probetis que sit volūtas dei bona ꝛ beneplacēs ꝛ pfecta. Hec aūt propria voluntas est causa quare sunt in inferno:ꝛ tn semper volūt eā adimplere:ideo in inferno semp necesse est eos esse: qꝛ ꝑm Bernar. Tolle propriā volūtatē ꝛ infernus nō erit. Tollamus igitur causam ꝛ volūtatē dei faciamus. hoc em̄ petimus in oratione dñica Fiat volūtas tua sicut in celo et ī terra. Sicut dicit Ptolemeus in sua pspectiua. Ad visionē nō sufficit organi dispositio et distātie debita proportio. Sed requiritur cōuersio actualis aīe ad rē visam:non em̄ sufficit ꝙ species rei visē in oculo recipiat:sꝫ oportet ꝙ aīa cooperetur. Sic ad nostrā salutē cōsequēdā nō sufficit liberalitas dei cōferētis gratiā:sed et exigitur conatus liberi arbitrij. Unde Augu. Qui fecit te sine te non iustificabit te sine te. ¶ Sed querit cū damnati adhuc habeāt ꝓpriā volūtatē vellent ipsi nūqꝫ peccasse? Rndet Bonaueñ. in. iiij. dist. l. ꝙ nolunt se peccasse:qꝛ pctm̄ eis displiceat:aut qꝛ sit iniustū: aut qꝛ cōtra deū. Sed qꝛ eis displicet pena iusta:ideo habēt malā volūtatē hoc nolendo: ꝛ in eis vincit voluntas adhuc peccādi:licet dolore penarū impediat ne ereat in actū suū: habebūt tn semper aliquā inordinationē volūtatis actualē que erit versa in penā: sicut beatis bona volūtas ī gloriā. ¶ Quarta pena erit ꝙ impugnabūt omnē veritatē ꝛ bonitatē. Similes em̄ erūt demonib? in morib?. Cū qꝛ effigiē illius maluerūt sequi q̄ imaginē christi: et voluerunt magis esse participes imaginis eius q̄ dei:peiores simia que effigiat nō aīalia bruta: sed rationalē hominē tāq̄ nobiliorē imaginē. Sicut diaboli omnē virtutē ꝛ bonitatē: ꝛ veritatē persequūtur:sic damnati omne bonum malū iudicabūt. Nec mirū:qꝛ etiā hic iudicarunt gustu suo depravato mala esse bona:ꝛ bona mala qn mala bonis preacceptarunt. ideo dicitur Esa. v. Ve qui dicunt bonū malū ꝛ malū bonū. Preterea tūc erūt ciues ciuitatis Babylonice: sed ciues illius ciuitatis erūt cōtrarij semp ciuibus supne Hierusalē qui amāt ꝛ tuentur omnē veritatē ꝛ bonitatē. igitur nō est mirū si erūt veritatis aduersarij. Propterea cōiter dicitur ꝙ patrē sequitur sua proles:et qualis rector ciuitatis:tales ꝛ qui habitāt in ea. Eccli. x. Scōm iudicē populi sic ꝛ ministri eius. Sed diabolus qui est caput ꝛ princeps oīm dānatoꝝ:testimonio saluatoris Io. viij. mendax est ꝛ pater eius. s. mendacij:ꝛ ille homicida fuit ab initio:igitur ab initio oēm veritatem cepit impugnare ꝛ omnē malitiā adinuenire:nō mirū igitur si sequaces sui ꝛ sibi subditi patrē in hoc sequātur. Cū igitur semper veritas vincat ꝛ bonitas superexcellat malitiā: qꝛ vt dicitur Sap̄. vij. Sapientiā non vincit malitia:cū sint superbissimi spūs maxime torquētur: cū impugnatione sua deuincūtur et cōfundūtur cum quotidie superātur: nec ad intētum perueniūt. Dicitur em̄ Esdre. iij. Forte vinum:fortis rex: et in fine super oīa vincit veritas. Forte enim est vinum ire dei quo potantur ꝛ inebriātur dā-

U Peccasse.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nati: ⁊ fortis est rex super omnes filios sup bie. Sed veritas super omnia vincit: nec mirum/quia mortui facile vincuntur a viuentibus: hi autem mortui sunt in eternum et in lacu mortuorum ideo ⁊c.

¶ Damnati liuore inuidie percussi quatuor maxime inuidebunt. Capitulum.xxj.

X Inuidia.

QUinta pena est liuor inuidie. Inuidia enim tristitia quedã est de aliena felicitate: nullum autẽ maius tormentum nullus maior cruciatus inuidia. Unde quidã orabat pro aduersario suo: oĩbus inuideas inuide/nemo tibi vt.ſ. oĩbus inuideret: vt de oĩbus tristaretur. Unde poeta.

Y Inuidia siculi nõ inuenere tyranni tormẽtum maius. ¶ Quatuor autẽ maxime inuidebunt. Primo inuidebunt diuine bonitati: quã maxime odio habebunt: dolebũt em̃ quia deus erit eis superior dñs et iudex tã acriter puniens: et ita quem noluerunt hic habere dñm habebunt illic velint nolint iudicem. Quanta pena erit esse perpetuo tristem inuidũ tãte maiestatis ⁊ tam boni iudicis. Hec autem pena his debetur qui sine charitate et amore mortui sunt: pensemus igitur quanti meriti sit diligere deũ quãdo delinquentibus in amore eius tam grauis pena debetur. Amemus igitur deum super oẽs suas creaturas sicut eius bonitas oẽm excellit creaturã: videmus em̃ ꝙ dũ cognoscimus aliquã rem excedere in bonitate/excedentẽ preamamus. Quis autem dubitat deũ meliorem creatura? Quare igitur nõ diligemus eũ plus creatura: cũ ⁊ gladio euaginato petat amorem illũ: aut enim amabimus aut eterna morte interficiemur. Ps. Nisi conuersi fueritis scꝫ ab amore mũdi ad amorẽ dei gladium suũ vibrauit. Ex defectu igitur huius amoris erunt hoĩes damnati inuidẽtes ⁊ dolentes de tanta dei bonitate cuius memoria erit maxima pena. ¶ Scdo inuidebũt puritati angelorum. Si em̃ deo inuideant inuidebunt eius toti curie. sicut quãdo quis inuidet ⁊ dolet de prosperitate alterius etiã inuidet prosperitati sue domꝰ et familie: ⁊ est sibi magna pena videre pulchrã eius ⁊ bene moriginatã vxorem: honestos filios ⁊ filias ⁊c. que ad ipm̃ pertinẽt. Sic erit in dãnatis respectu familie dei de qua sunt beatissimi angeli: ⁊ hec erit indurata iniquitas inuidere illis q̃ tot beneficia impijs dãnatis contulerũt. Et hoc erit illis in penam qui hic ipsis beatissimis angelis nullã reuerentiã fecerunt: sed corã eis inuerecũde peccauerũt: nec deuotionem ad eos habuerũt: eis gratias agẽdo de cõcessis beneficijs: nã vt dr. Heb. j. Omnes sunt administratorij spũs in ministeriũ missi/propter eos qui hereditatẽ capiunt salutis. ¶ Tertio inuidebunt sanctorũ societati: ibi em̃ pater inuidebit filio ⁊ dolebit de eius salute: et filius de patre ⁊ matre: sic ꝙ vellet ipos secum dãnari. Nec mirum quia sicut sancti desiderant per amorẽ quem habent ad nos restaurari ciuitatẽ supernam ex nobis: ita suã ciuitatem Babylonicam desiderant illi miseri repleri ex nobis. ¶ Sed querit vtrũ dãnati mallẽt oẽs esse dãnatos ꝙ quosdã esse dãnatos ⁊ quosdã non? Et videt ꝙ sic: qr Luce. xvj. dr de diuite ꝙ rogabat ꝑ fratribus suis vt erudirẽtur ne venirent in locum tormentorũ. Cum igitur damnati multos habeãt consanguineos in celo: sequitur ꝙ mallẽt eos esse in celo q̃ in inferno. Secũdo ad idem. Si dãnati habeant voluntatẽ malam: non tamen perdiderunt affectionem naturalẽ. Impijssimi enim hoĩes diligũt sibi proximos vt in presenti: si pater miser habeat filium miserũ non inde letat sed magis tristatur de tali societate: igit sic erit in inferno. Tertio desideriũ si compleat delectat animã: igitur si dãnati aliorum desiderarent dãnationem si crescceret aliorũ dãnatio: ita ⁊ eorum consolatio: igit post oĩm illorũ damnationẽ crescet eorũ consolatio: cuius tamen oppositum verũ est: qr magis crescet desolatio sicut dr super illud ps. Desiderium peccatorꝫ peribit. Quarto beatus aditus multitudini electorum multiplicat gaudiũ: igitur per oppositũ dãnatus amplificat merorẽ. Sed sicut beatus desiderat amplificationẽ gaudij sui: sic dãnatus diminutionẽ sui meroris: igitur cũ beati semper velint hoĩes peruenire ad gloriam: dãnati refugiunt vt aliqui descendant ad eorũ miseriã. In oppositũ arguitur per illud quod cõmuniter solet dici ꝙ solatium est miseris socios habere penarũ. Et ratione sic: qr inuidia surgit ex defectu charitatis ⁊ amore ꝑprij boni. sed vtrũq̃ est in damnatis: igitur in eis maxima regnat inuidia: igitur vellẽt nullum esse beatũ. ¶ Ad hoc respondet ꝗm Bonauẽ. in. iiij. dist. l. ꝙ licet in dãnatis aliquo modo remittãtur affectiões libidinose

Z Inuidi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

qui.s.secũ habent annexã delectationem et hoc propter penarũ magnitudinẽ. Alie tamen affectiones in ꝗbus viget pena ⁊ penalitas vigorãtur:ideo ꝓuis nõ cesset affectꝰ luxuriãdi:⁊ dominãdi tamẽ intẽditur affectus siue furor impatientie ⁊ liuor inuidie. Ꝛñ tunc dẽtibus suis fremẽt ⁊ tabescẽt in gloria electorũ:ideo ad satiãdũ suã impiissimã emulationẽ vellent nullos electos esse beatos:sed oẽs miseros. Sancti em̃ ⁊ damnati sunt adinuicem inimici propter hoc ꝙ dãnati sunt inimici dei. Ps. Perfecto odio oderam illos inimici facti sunt mihi: ergo cum dãnati non diligãt inimicos sed potiꝰ odiant: ⁊ qui odit aliũ mallet ipsum videre miserũ ꝓ beatum: ergo simpliciter vellent omẽs beatos esse miseros. Et qꝛ nec ipsi ad beatitudinẽ possunt pertingere nec alios a statu beatitudinis possunt amouere: ideo ĩ semetipsis vehemẽter tabescunt ⁊ confundũtur. ¶ Dicitur secũdo ꝙ licet in generali dãnati nolint videre aliquos beatos:tamẽ qꝛ specialius habẽt aliquorũ amorem naturalem ⁊ priuatũ nollent ipsos dãnari alijs existentibus in statu glorie: qꝛ si illi dãnentur adhuc manet occasio tabescẽdi ⁊ emulatio. Sed nõ sic esset de oĩbus. Attamẽ nullos ita diligũt naturaliter quin vellẽt eos esse dãnatos:hoc pacto ꝙ nulli essent beati. Exemplũ patet in illis qui habẽt odium capitale:qui tamen desiderant vitã consanguineorũ. Attamen vellent ꝙ multi ex consanguineis essent mortui:vt possent effectũ vindicte de ĩimicis suis implere. ¶ Dicitur tertio ꝙ sicut homo sanus in quo est natura bene disposita appetit cibaria sibi cõpetentia:⁊ infirmus ea que sibi nocent: qꝛ existimat ea sibi prodesse. Sic beati tãꝓ mente sani appetunt alioꝝ glorificationem que vere est eis vtilis:⁊ dãnati dãnationẽ aliorum quã existimant sibi vtilem ⁊ delectabilem: sicut inuidus alterius subuersionem: attamen si eueniret miseria eorũ non decresceret immo augeretur. Hec Bona. ¶ Quarto inuidebunt dãnati parvulorum leuitati in pena. Illi enim qui decesserunt in peccato originali ante baptismum vel circũcisionem in vteris matrũ ⁊ ante rationis vsum tales perpetuo dãnabuntur/sic ꝙ non videbãt deum: ⁊ ꝛm Augustinũ libro de fide ad Petrũ: ⁊ recitatur de cons̃e.dist.iiij. Firmissime tene ⁊c. puniẽtur igne eterno. Sed communiter illud moderantur doctores ꝙ ẽrunt in illo igne:sed ab illo non patientur sicut damnati pro proprio peccato. Ꝛñ Alexãder de Hal. in secũdo dixit ꝙ in illo igne nihil patientur sicut dãnati: quia aliter est in igne ferrũ aliter hominis manus: qꝛ ab illo ferrũ dolorem non patitur sed manus. Sic suo modo erit de paruulis et dãnatis. Cuius exemplũ habemus Daniel.iij. de tribus pueris qui ambulabãt in medio flãme laudantes deũ ⁊ benedicentes:⁊ illos oĩno nõ tetigit ignis neꝯ cõtristauit: neꝯ ꝗcqꝯ molestie intulit. Et sic est doctorũ sententia ꝙ pueri in originali nihil patiũtur. Super quo inuidebunt damnati patientes penas horribiles ac etiam credi potest ꝙ ipsimet sibi inuidebunt ⁊ demonibus/desiderãtes ipsis maiores penas. Furor enim ⁊ inuidia non sinunt eorum animos quiescere exẽplo maris quod semper a causa extrinseca inquietum est. Esaie.lviij. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere nõ potest:⁊ quia desideriũ sue inuidie nullum sortietur effectum:propterea valde dolebunt. Et hec pena dabitur patribus et matribus maxime ꝗ suo malo regimine paruulos interficiunt in vteris matrum:vel etiam occidunt ante baptismum:aut flumine necant quod nulla vnqꝯ bestiarum faceret que naturaliter suos paruulos fouet.

¶ Hic agitur de quadruplici timore damnatorum ac de voluntate qua mallent nõ esse ꝓ esse. Capitulum.xxij.

Exta pena erit timor. vnde Greg. Hic flãma que succendit illuminat: illic ignis crucians obscurat. Hic metus amittitur cũ tolerari incipit quod timebatur: illic dolor dilaniat et pauor angustiat. Horrendo ergo modo tũc erit reprobis dolor cũ formidine. In tẽporalibus cum pena infligitur:timor quiescit. Apud inferos pene inflictio timoris est augmentatio. Exemplũ de Cain ad cuius magnã infelicitatem ascribitur tremor cõtinuus in capite:quãto magis ad maiorẽ damnatorũ infelicitatem erit ille tremor ⁊ timor totalis in anima et corpore. Iste autem timor quadruplex erit. ¶ Primo timebunt iudicem supernũ. Consideremus quanto dolore torquetur puer in schola sentiẽs se deliquisse ⁊ videns magistrum iratũ cum virgis delicatis ⁊ scinden

A Timor

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tibus volentẽ ipsum verberare: plus adhuc latro timet adiudicatus suspendio videns patibulũ: ita vt etiam aliquando exanimis deficere videatur. Sed certe talis timor nihil est ad illum timorẽ quem patientur dãnati videres iratũ iudicem qui tunc erit terribilis malis ſz mitissimus bonis: sicut lux est sanis oculis delectabilis: sed egris odiosa. De hoc autẽ amplius dicetur cũ de diuino iudicio agetur in sequẽtibus. ¶ Secũdo timebunt societatẽ tot dãnatorum hominũ sicut timent hoies incarcerari cum multis alijs ex q̃bus sciunt penã carceris augmentari. Nam si ponerẽtur infirmi ⁊ fetidissimi in vno carcere: tunc quãto plures essent tãto plus timerent hi qui illic ponẽdi essent. Sic erit de carcere inferni quinimmo dãnati erunt tã horribiles advidẽdum ꝙ vnusquisqꝫ pauebit ad alterius visionẽ. Sicut em̃ homo defigurat? vel mortuus quatuor vel quinqꝫ diebus infert timorẽ magnum: ita vt etiam aliqui quasi perdant sensum ⁊ maxime ex visione inopinata alicui? terribilis: sic dãnati ex visione mutua maxime timebũt ad augmentationẽ dãnationis sue. Esa. xiij. Vnusquisqꝫ ad proximũ suum stupebit: facies cõbuste vultus eorũ. Eccli. xxj. Pauor operãtibus iniquitatẽ. videtur em̃ magis iste timor pertinere ad penam spiritualẽ q̃z corporalem licet etiã pauore sine timore rei vise corporaliter sensus immutentur patiẽdo: ſz iste timor poterit magis causari ex visione anime turpissime ex deformitate peccati. Legimus em̃ in vitis patrũ cũ quidam senex ambularet per eremũ adiunxit se ei angelus in humana specie. Cũ autẽ venissent trãseundo circa quoddã cadauer sene obturãte nares suas propter fetorem/ angelus non obturauit. Euntib? illis vltra obuiauerũt cuidã iuueni: angelo autẽ obturãte nares nõ obturauit senex: sed requisiuit angelũ cur hec faceret/ qui respondit. Isti fetores corporales nõ ledunt nos: sed peccata hominũ ita fetent nobis. Unde tolerabilius fetet canis putridus hominibus q̃ anima peccatrix angelis. Igitur in inferno vbi anime damnate se mutuo videbunt siue intelligent non obstãte corpore vna inferet alteri ⁊ fetorem ⁊ timorem. Ista pena timoris debetur illis qui hic propter hominũ timorem ⁊ verecũdiam dimittunt bene agere et saluti sue prouidere. Et iste potest dici timor humanꝰ quo ducti homines magis elegerunt malã anime q̃z corporis. Similes illi de quo dicitur ꝙ eundo ad forum portabat sotulares in collo: magis eligens ledere pedes q̃z sotulares. Magis enim alii qui timent perdere bona temporalia q̃z anime: adeo etiam vt multa cõmittant peccata iurando ⁊ periurando pro vno denario. Dic autẽ est malus timor qui ad alium deteriorem timorẽ perducit. ¶ Tertia pena timoris erit ex visione demonũ. Sicut enim anime beatorum videbunt deum clare ⁊ eo gaudebunt: ita anime dãnatorum videbũt demones per infernũ: que visio spiritualis magnũ timorem infert. Nam experimur ꝙ nominatio eius infert nobis timorẽ: immo etiã brutis quãto magis visio eius spiritualis. Et ista pena erit illis qui nolunt hic timere/ acquiescere eius operibus ⁊ cõsilijs: sed frequẽtant malas societates ⁊ mala cõsilia. Job. xviij. Terrebunt eum vndiqꝫ formidines. ¶ Quarta pena timoris erit in dãnatis propter penas vehementes quas patientur. Quantũ timeres si videres ignẽ in quo oporteret te tenere digitum per horã ⁊ magis per diem/ ⁊ adhuc magis si totũ corpus per annum/ ⁊ corpus tuũ deficere non posset. Cogita quãto timore dãnati timent qui perpetuo et sine fine sine talem ac tantum ignem patientur ⁊ non solũ ignem: sed etiã frigus intensissimũ ⁊ alias penas de q̃bus dictum est supra. Quantũcumqꝫ enim stent in inferno ille pene non mitigabũtur: quia in inferno nulla est redẽptio: nulla penarũ alleuiatio. Unde dicunt illud ps. Timor et tremor venerunt super me ⁊ contexerũt me tenebre. Cum enim habeant omnia mala semper expectabunt deteriora timentes. Deutero. xxij. Dabit illi dominus cor pauidum ⁊ deficientes oculos ⁊ animã consumptam merore/ et erit vita pendens ante te/ et timebis die ac nocte. Fugiamus igit hũc locum sicut timorosus tenebrã: olfactus fetorem: mercator furem. ¶ Sed querit vtrũ voluntate deliberatiua dãnati malunt non esse q̃ sic esse? Respondetur ꝑm Bonauen. in. iiij. distin. i, ꝙ non esse nullo modo est appetendum appetitu recto: sicut nec esse dãnatum vel esse infelicem. Sed vtrũqꝫ est fugiendum quia non esse admittit totum bonum/ pena vero partem. Dicitur secũdo ꝙ dãnati magis appetunt non esse q̃z esse in illis penis. Apoca. ix. Desiderabunt mori ⁊ mors fugiet ab eis. Et Aug. libro de mise-

B Voluntas.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ria huius mundi loquēs de dānatis dixit. O mors q̃ dulcis es quibus tā amara fuisti: te solū desiderāt qui te vehementer oderunt. Et christus de Juda dixit. Meliꝰ erat illi si natus nō fuisset homo ille. Existimāt se habere quietē si oīno nō essent. Et credo q̃ magis esset appetendum si poneretur in optione oīno nō esse q̃ eternaliter torqueri: loquēdo de appetitu qui refugit incommodū: qꝛ hoc indicat mens magis esse portabilē decollationē q̃ diuturnā ignis adustionē. Verūtamen ꝑm appetitum honesti qꝛ cruciatus iniqui spiritus est ad gloriam dei: deberet vtiq̃ malle ignibꝰ subiacere ad cōtinuam dei laudem q̃ per omnimodam anihilationem manum dei effugere. Hec Bonauentura.

¶ Qꝛ dānati de quatuor sunt certi quibus grauātur eorꝫ tormēta: q̃ tria ad bene agēdū sunt requisita: et q̃ maior erit multitudo dānatorꝫ q̃ saluatorꝫ. Capitulū.xxiij.

Septima pena spiritualis in dānatis erit certitudo sue damnationis. Porrēda em̄ pena est appĥēdere q̃ nūq̃ cessabūt a tāta tribulatione: et q̃ nūq̃ melius habebūt. Si em̄ ita tristes sunt q̃ sunt adiudicati morti temporali vt quasi exanimes fiant quātū tristabuntur dānati certi de eterna morte. Sed quanta fatuitas pro momentanea delectatione dimittere se incurrere perpetuā hanc damnationē. Erunt em̄ certi de quatuor. ¶ Primo q̃ nunq̃ iudex reuocabit sentētiā suā nec executionem differet: quia ibunt hi in suppliciū eternū: iusti aūt in vitā eternā. Mat.xxv. Nūc vero incerti sumus de sentētia illa an contra nos feretur an non: vt ergo possimus eam euadere laboremus ad bene agēdum. Primo quia multi credūt saluari qui dānabūtur. Unde in vitis patrū abbas Syluianꝰ cū factus fuisset in excessu mentis corā fratribus ꝛ redijsset ad se flebat valde: ꝛ interrogauerunt fratres quid haberet/et dixit. Ego ad dei iudiciū raptus fui: et vidi quosdā de habitu nostro exeūtes ad tormenta: quosdā vero de habitu seculari eūtes ad regnū. Et illud habetur Mat.vij. Multi dicēt in illa die dñe dñe nōne in noīe tuo prophetauimus: et in noīe tuo demonia eiecimus: ꝛ in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tūc cōfitebor illis quia nūq̃ noui vos. Discedite a me oēs operarij iniqtatis. Si aūt ꝓphete ꝛ fugātes demones ꝛ miracula faciētes tūc repellentur: quis pōt esse qui de se nō dubitet? Incertus est igit q̃sq̃ de lege cōmuni de illa sententia de qua tamen certi sunt ꝛ erūt dānati. Ideo consulit sapiēs Eccls.ix. Quodcūq̃ pōt manus tua instāter operare: qꝛ nec opus: nec ratio: nec sciētia: nec sapiētia erūt apud inferos quo tu properas. Quodcūq̃ potest manus tua nō lingua tua tātum: nec manus capellani vel vicarij tui qui non accipiet premiū tuū vel portabit penā tuam in iudicio: instāter operare: vel ad conuersionē peccatorꝫ tuorꝫ subditorꝫ: vel ad conuersionē tuā: quia nec opus quo merearis: nec ratio qua te excuses de otio: nec sciētia qua penā iudicatam euadas: nec sapientia qua dei mīam inuenias erunt apud inferos quo tu properas otia sectādo: opus em̄ nō erit ibi: quia Jo. ix. Operamini dū dies est: venit nox quando nemo pōt operari. Ratio non erit ibi qꝛ oībus horis vsq̃ ad vndecimā recepti sunt operarij in vineā christi. Mat.xx. Nec sciētia erit ibi decretorꝫ vel legum qua excipere differre vel interloq̃ valeas a sententia tue dānationis: qꝛ tunc oīs iniquitas opilabit os et obstruetur os loquētiū iniqua: qñ dicet iudex. Existimasti inique q̃ ero tui similis cōfundēs iudiciū ꝛ iustitiā: sicut tu fecisti. Nec sapiētia erit ibi qua te cōuertendo ad deū mīam inuenias. Est em̄ magna cōsolatio cū habetur spes de mīa iudicis ꝛ de reuocatione sue sententie. Sed hoc nō erit tūc: qꝛ sicut nūc est tēpus mīe: ita tunc erit tēpus veritatis et iustitie. Unde Leo papa In veritate iudicabit te q̃ in veritate te redemit. Hec aūt pena debetur illis q̃ nolunt credere sacre scripture. Sed dicūt nos ista adinuenisse ad terrorē peccatorum: quales sunt falsi christiani contradicentes euangelio: et per cōsequēs deo ꝛ ecclesie. Tales em̄ bene vellent perpetuo saluari: sed sine labore ꝛ certamine: cū tamē dicat Apls. Nō coronabitur nisi q̃ legitime certauerit. Cū ergo dicant vitā beatā esse eternā: quare non credūt penā et mortē eternā? Nō enim minus est iustus deus q̃ misericors. Si ergo ita misericors est in hoc mundo vt oīa nefaria contra eum facta facile cōdonet. Sic in alio seculo erit ita iustus vt peccata hic nō emendata nunq̃ dimittat: sed ea perpetuo

C Certi.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

puniat. ¶ Secõdo erunt certi q̃ bene agendi nunq̃ obtinebũt facultatẽ: grauis certe pena cũ se sciẽt priuatos illa facultate qua potuissent lucrari regnum celoꝝ si voluissent.

D Operãdum. ¶ Ad bene operari autẽ tria exigũtur. Scire/posse/ꝛ velle. Necesse em̃ est scire finem ad quem homo tendit: sicut dicit Aristo. j. Ethicoꝝ: q̃ ad hoc q̃ sagittator perueniat ad signũ necesse est pri' cognoscere signũ: ꝛ istud scire habetur per fidẽ. quia Joan. xij. Qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Homo em̃ absq̃ fide ad molã istoꝝ tẽporaliũ circũit ad modũ Sãsonis exoculati. Judicũ. xvj. P̃s. Ju circũitu impij ambulant. ¶ Secũdo requiritur posse. Nõ enim tẽtãda sunt que omnino effici non possunt. Et istud posse peruenire generat spẽ ꝛ desiderium habendi precognitum: hoc requiritur velle quod efficitur formatũ per charitatẽ. Primũ bene habẽt damnati: quia Jaco. ij. demones credũt et cõtremiscũt. Sed quia carent secũdo cũ impossibile sit eos demersos in abyssis pertingere ad celos: ideo nullum bonũ velle circa vltimũ finem habere possunt. Nullũ enim bonũ velle possunt nisi propter affectionem cõmodi: qõ quidem velle malũ est. Cõsideremus igitur quanta pena esset alicui: et quanta tristitia si perderet vnum regnũ. Sic maxima erit ipsis dãnatis tristitia quãdo propter suã malã voluntatẽ perdiderũt gloriã et omnia media ad ipsam: quia nunq̃ habebunt tale posse sicut habuerunt: quod tamen posse ex se gignit gaudium et letitiã: bonum em̃ opus ꝛ si nunq̃ premiaretur: tamẽ ipsum generat letitiã in animo facientis. ¶ Tertio q: erũt certi de eterna societate maledicta et maledictoꝝ. Si sit graue homini esse in societate que displicet: ꝛ precipue homicidarũ/latronũ/et crudelium: et maxime quãdo illa societas infert penam et vbi habet manere tantũmodo per tẽpus. Quid erit de dãnatis quando certi erunt q̃ cũ demonibus et alijs dãnatis perpetuo manebunt? Ex qua et in qua societate maxime affligẽtur in societate videlꝛ tã ignita tã fetida. Vbi erunt societates huius mũdi vbi prandia et conuiuia in quibus fuerunt tot excessus et in verbis ꝛ in cibis. Vbi choree in quibus tot mala cõmittuntur/vbi societas bibentiũ ꝛ ludẽtium in tabernis. Certe ex talibus mũdanis societatibus nisi corrigantur: ibunt ad infernalẽ societatẽ. Fugiamus ergo societates illas ne ad societatem infernorum descẽdamus. ¶ Quarta pena erit certitudo loci infernalis. Si pena sit esse in loco fetido vel inhonesto: tamen eam alleuiat spes exeundi. Nõ est autẽ spes exitus de tali loco. Si em̃ adiudicatus esses perpetuo stare in latrinis quãtũ tristis esses. Inde anime infernales dicuntur manes a manẽdo: quia q̃ cadit illuc/perpetuo manet ibi. Est enim locus latus ad ingrediendum: sed arctus ad egressum vt vasa diaboli. Esaie. v. Dilatauit infernus os suum absq̃ vllo termino et descẽderunt ꝛc. Mat. vij. Lata est via que ducit ad perditionem: ideo etiã locus ille dicitur stagnum a stando. Job. vij. Sicut cõsumitur nubes ꝛ pertrãsit: sic qui descendit ad inferos nõ ascẽdet. Mala est ista taberna: quia qui ibi ponit animam in vadio: neq̃ p̃ vadio: neq̃ pro cõtrauadio: neq̃ pro fideiussore: neq̃ pro obside potest eam habere. Qui enim cadit nisi miraculose resuscitatus nõ resurgit. Sicut nec lapis molaris de fundo maris. Exo. v. Submersi sunt quasi plumbũ in aquis vehementibus. Et ibidem. Descẽderũt in profundum quasi lapis. In cuius figura dicitur Apoc. xviij. q̃ sustulit angelus fortis lapidẽ molarem magnum et proiecit in mare dicens. Hoc impetu mittetur Babylon in infernũ. In signum huius precepit Hieremias Saraie omnia mala dicta contra Babylonem scribi et ligari cũ lapide et proijci in mediũ Euphraten et dici. Sic submergetur Babylon et nõ consurget a facie afflictionis quã ego adducam super eã. Viere. lj. Est em̃ infernus domus Dedali de qua dicit a poetis q̃ potest quis in eam ingredi sed nõ exire. Et quia nullus poneret libenter pignus bonum illic vnde redimi non posset. Quanta stultitia est animã suam illuc cõmittere. Vnde quedam mulier fatua que aliquãtulum latinũ intelligebat cũ audiret clericos cantãtes in officio mortuorum. In inferno nulla est redẽptio cepit clamare alte. Malum est ibi ponere pignus suũ: malũ est ibi ponere pignus suum: hoc pluries repetendo. Quãtum igitur timere debẽt homines huius mũdi qui propter loca transitoria. s. propter domos edificãdas et acquirendas et castra et terras multa peccata cõmittũt: nunc per violentiã vt patet in guerris: nũc per fraudes ꝛ cautelas: vt diuites a pauperibus subtrahẽtes hereditates. Alij terras

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

et prata adaugent per amotionem diuisionis inter proximos: non considerãtes qualem domum postea habebunt quibus omnibus comminatur dñs ve eterne dãnationis. Esa.v. Ve qui coniungitis domum ad domum: et agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci. Nũquid habitabitis soli in medio terre? Sane tales cito moriẽtur: nec amplius in illis locis habitabunt. Sed in inferno vbi propter talium acquisitionem non solum ipsi/ sed et eorum successores in talibus perpetuo damnabũtur. Ad hoc est exẽplum cuiusdam militis defuncti: qui in dexterio nigerrimo apparuit: de cuius naribus fumus et flamma procedebant qui apparuit tectus pellibus ouinis: et molẽ terre gestans in humeris: ille autem cui apparuit dixit ei. Estis vos dñs Fredericus/ illo respondente ego sum. Adiunxit vnde venitis: et quid signant ista que video. Ego (inquit) in maximis penis sum: pelles istas a talividua abstraxi quas modo ardẽtes sentio. Similiter partem cuiusdam talis agri mihi vendicaui iniuste/ cuius nunc ponderе premor: sed si filij mei ista restituerẽt penam meã multum alleuiarent. Sicq; euanuit. Audientes autẽ filij verba patris maluerunt eum in pena manere et seipsos dãnare q̃ iniuste detẽta restituere. ¶ Sed circa hoc quereretur: si maior erit multitudo damnandorum q̃ saluandorũ. Et arguunt quidã q̃ non: quia prõptior creditur deus ad saluandum q̃ ad damnandum: presumptio igitur videtur q̃ plurium miserebitur q̃ damnet eius iustitia. Secundo qualiter implebitur domus dei celestis tanta paucitate electorũ cum infernus (qui longe minor est) capere sufficiat etiam cum demonibus tantam damnatorum multitudinem? Tertio: non videtur conueniens regi regũ et dño seculorum vt plures habeat in carcere vinctos: plures patibulis affixos et tormentis traditos q̃ habeat sibi famulãtes et subditos. Quarto quomodo potest misericordia dei cuius non est numerus sustinere tantam carnificinam tormentorum. An enim creauit tãtam multitudinem in perditionem et mortem. Non enim videtur conuenire diuitijs bonitatis eius et immensitati misericordie sue eos creasse quos saluare poterat: et flãmis infernalibus depascẽdos derelinquere: et igni infernali de ipsis pabulum ministrare. Quinto Mat. xxv. c. dicitur q̃ quinq; erant prudẽtes virgines et quinq; fatue: ⁊ per fatuas intelliguntur damnati: et per prudẽtes saluati: igitur ad minus tot erunt saluati quot damnati. In oppositum arguitur per illud Matth. xx. Multi sunt vocati pauci vero electi. et per illud Matth. vij. Lata est via que ducit ad perditionem: ⁊ multi intrant per eã. Arcta autem est via que ducit ad salutem: et pauci ingrediuntur per eã. ¶ Respondetur per propositiones. Prima est. Simpliciter plures erunt dãnati q̃ saluati. Et ad hoc sunt auctoritates allegate in oppositũ. Sed adhuc iterũ ostẽditur. Primo auctoritate scripture in Pſ. Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderũt me gratis. Unde quedã glos. dixit. Capilli adherentes capiti christo sunt electi adherentes per fidẽ: super quorum numerum multiplicati sunt inimici eius infideles tã mali christiani q̃ alterius secte. Sicut enim in senectute hominis dealbantur capilli propter frigiditatem et cadũt: sic in senectute ecclesie nũc refrigerantur charitate christiani et facile labuntur in multa vitia. Ad hoc est etiã christi doctrina que dixit Marc. vlti. Qui non crediderit condemnabitur. Sed multo plures sunt infideles q̃ credentes: vt patet de omnibus Judeis/ paganis/ idololatris/ et Saracenis qui multo plures sunt christianis: ergo multo plures dãnabuntur q̃ saluentur. ¶ Sed dices quia scribitur Apoca. vij. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gẽtibus stãtes ante thronum. Hoc autem intelligitur de electis ad gloriã: ergo eorũ est turba infinita: non est igitur multitudo maior dãnãdorum. Respõdetur q̃ maximus est numerus electorum quasi nemo nisi deus nouit: sed minor est numero in comparatione ad numerum malorum: quia ſm Aristotelem ij. Topic. homines vt in pluribus sunt mali: et vt in pauciorĩbus boni. Si igitur soli boni ad regnum gradiantur/ mali ad damnationem: sequitur q̃ multo plures dãnãtur q̃ saluãtur. Unde hoc cõfirmat sapiẽs Eccls. ſ. c. Stultorũ infinitus est numerus. ¶ Sed dices iterum quomodo credibile est q̃ tanta multitudo infidelium puta Saracenorum et Judeorum sic damnantur cum arbitrentur obsequiũ se prestare deo adherendo sue secte. Et si scirẽt se errare eam derelinquerent. ¶ Rndetur primo ſm Guill.

E Multitudo.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Parisien. ꝙ si ignorantia vel error excusaret (cũ omnes peccatores errent et ignorẽt: et tanto amplius quanto amplius peccãt) omnia peccata essent excusabilia: ⁊ maiora magis excusabilia: quia maiores tenebras et errores ingerũt peccãtibus. ¶ Dicitur secũdo ꝙ tales ad viã veritatis nõ veniunt: aut quia nolũt venire ad eam: aut si velint nolunt diligẽtiam facere de inquirẽdo qui eos instruat: aut saltẽ non faciunt quod in se est de perueniendo ad eã. Sed omnibus modis eis imputãdũ est si peruersam gradiantur viã recta dimissa nõ obstãte ignorãtia illius. Igitur minor satis deducitur. ¶ De primo patet. Nã volẽs ambulare corporaliter si nollet apprehendere vie ipsius discrimina et offendicula et precipitia que oculis corporeis videri et preuideri pnt: sed magis clausis oculis et auersis a via vellet incedere: quicquid ei mali puta offensionis vel casus euenerit iustissime ei ĩputari posset: quia per se poterat huiusmodi pericula declinare: ideo tali qui cognoscit viã aliam esse bonam et suam non esse talem: imputetur si recta via non gradiatur et in interitum demergatur. ¶ De secundo patet: quia si quis voluerit ad locum aliquem (viam ignorans) pergere: ⁊ presto habeat qui eidem viam ostendat: et ducatum itineris prebeat: et neutrum istorum habere velit/ scilicet nec ducem itineris/ nec vie ostensorem. Si erret imputetur sibi error itineris. sed in via morum multo magis necessarium est habere ductorem et ostensorem vie ꝙ in via corporali. Quanto pericula maiora sunt in via morum ꝙ in via seculi huius. Igitur qui non vult audire ostensores huius vie: vel sequi ductores itineris mor/ si aberret sibi ad peccatũ imputetur. Cum igitur vbiq; terrarum sint christiani/ vel de doctrina ⁊ fide eorum rumor: et parati sint tales dirigere et erudire: cũ nolunt/ eis imputetur. ¶ De tertio patet qr si videris aliũ in via errare qui visibilis est/ teneris illum ab illo errore auertere: et a periculis que in ipso itinere cernis: multo magis in via morum longe amplius tibi teneris ꝙ alij consulere: et tanto magis quanto magis sibimet debitor est ꝙ alijs: cũ ergo hoc non facit/ maxime sibi imputãdum est. Credendũ enim est ꝙ si faciat quod in se est: puta orãdo deum et diligẽtiam adhibendo quãtam faceret in acquirenda magna hereditate tẽporali vel vitanda tẽporali morte ꝙ deus sibi administrabit ea que sunt sue salutis. Vulgo dicitur. Adiuua te et deus adiuuabit te. Aut per inuestigationem creaturarũ sicut philosophi per visionem creaturarum deuenerunt in vnius solius dei cognitionẽ. Si em̃ talento intellectus quis bene negotiatus fuerit ex consideratione visibiliũ: facile esset ei deuenire in cognitionẽ sui creatoris: et credendum est ꝙ deus ei multiplicabit talenta vel diuine reuelationis vel inspirationis amplioza. Credendum enim est deum neminem velle deserere qui ei studeat adherere. Sed dicit dominus. Arcta est via que ducit ad salutem: et pauci inueniũt eam: quia pauci sunt qui querunt eã. Omnis enim qui querit inuenit. ¶ Secũda propositio loquendo de tenentibus fidẽ catholicam. Simpliciter plures erunt saluati ꝙ damnati. Probatur: quia credendũ est pueros baptizatos ante annos/ in quibus cognitione vtuntur decedentes saluari. Sed quasi tot moriuntur intra illam etatẽ quot moriuntur in etate adulta: vt experientia docet. Et cum hoc multi de adultis saluantur: ergo simpliciter credendum est plures christianos esse saluatos ꝙ damnatos. ¶ Tertia propositio. Probabiliter et sine assertione magis consonum est scripture ⁊ dictis sanctorum plures christianos adultos damnari ꝙ saluari. Probatur primo auctoritate scripture Psalm̃. vbi dicit dominus. Annuntiaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Glossa magistri. Mali super numerum electorum: ergo post annuntiationem et predicationem euangelij adhuc multo plures sunt reprobi ꝙ electi. Secundo hoc ostenditur per figuras. Nam dominus ascendens in montem vbi transfiguratus est: tres tantũmodo assumpsit quibus gloriam suam demõstrauit: et nouem inferius dimisit. Tertio quia de sercentum milibus qui exierunt ab Egypto et transierunt mare rubrum/ solum duo intrauerunt terram promissionis scilicet Caleph et Josue. Sic de baptizatis in mari rubro baptismi pauci intrãt in terrã promissionis. Unde in vita Thome Cãtuarien. legitur ꝙ die quo sanctus predictus moriebatur: in toto mundo mortui sunt tria milia et triginta et tres: de quibus tria milia ierunt ad infernum: et triginta ad purgatorium; ⁊ tres euolauerunt

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ad celũ.ſ.Thomas martyr ⁊ duo alij: quo-
rum vnus ſuo charo hoc reuelauit. Tertio
hoc idẽ aliquibus apparẽtijs oſtẽdi poteſt.
Primo qꝛ plures ſunt q̃ haſtiludia ⁊ olym-
piades cernunt q̃ꝫ qui fortiter agonizent ⁊
vincant. Scõm aũt Ariſtotelẽ non fortiſſi-
mi coronãtur ſed agonizantes. Vñ Judicũ
vj.in figura legitur ꝙ Gedeone ineũte bel-
lũ contra Madianitas: in quo digni tantũ
modo fuerunt pugnare qui manu tantũ lã
bebãt aquã. Qui vero toto corpore proſtra
ti bibebant: illi non fuerũt digni victoria il
la: qui tamẽ multo plures fuerũt ijs q̃ tan-
tum manu lambebant aquã. Sic illi digni
ſunt victoria cõtra hoſtes infernales et per
conſequens corona eterna qui tantũmodo
iſta terrena manu tangũt.i.qui ea tangunt
tantũ quantũ eſt ad ſalutem corporalẽ ne-
ceſſariũ. Non autẽ illi qui tota mente ⁊ to-
to corpore ⁊ toto conamine. his intendunt
qui ſunt multo plures prioribus. Preterea
vie difficiles cõmuniter dimittuntur ⁊ faci
les multũ deambulãtur. Sed facile itur in
infernũ dicente Virgilio eneidos.vj.facilis
deſcẽſus auerni. Ad ſe perdendũ ſufficit ſo-
lus homo ſine quocumq̃ alio adiutorio.qꝛ
Oſee.xiij. Perditio tua ex te Iſrael. Diffici
lis eſt autẽ aſcenſus in celũ dicẽte Seneca.
Nõ eſt ad aſtra mollis e terris via: ideo nõ
eſt mirũ ſi plures vias illas quas reputant
faciles ambulãt ducentes in infernum ⁊ di
mittũt plures eas que ducunt in celũ. Dicit
em̃ Ariſtoteles.ij.Ethicorũ.ꝙ cõtingit vno
modo bene agere ſed ĩfinitis modis deuia
re: ideo facile a rectitudine obliquari. Si-
militer via lata oĩbus ſe offert nec indiget
vt querat: via vero celi arcta a multis igno
ratur nec queritur: ideo pauci ambulãt per
eam. Threñ.j. Vie Sion lugent eo ꝙ nõ ſit
qui veniat ad ſolennitatem. Preterea ſm
Guil. Pariſieñ. libro de fide ⁊ legib⁹ multi
ſunt qui dãnantur ⁊ pauci qui ſaluantur: ⁊
in naturalib⁹ ⁊ in moralibus ſimilitudinẽ
habet. Viliorũ enim ⁊ ignobiliũ ſemp ma-
ior eſt multitudo q̃ꝫ precioſorum atq̃ nobi
liũ/vt ferri ⁊ plũbi q̃ auri ⁊ argenti: ⁊ lapi
dum ignobiliũ q̃ꝫ gemmarum. Similiter
quercuũ q̃ cedrorum vel palmarũ: et eodẽ
modo ſtultorũ hominũ q̃ ſapientũ ⁊ malo
rum q̃ bonorũ. Videmus etiã quia in tãta
multitudine virorũ paucos de illis reges ⁊
principes tẽporales efficit deus: nec in hoc
mirari debemus quãto minus mirari debe
mus ſi paucis largitur preclara ac nobiliſſi
ma regna celeſtia: puta cum tam raros vi-
demus qui regna celorum appetant vel qui
eadem curent/tam multos autẽ qui ab eis
ſe auertant ⁊ contraria ſectentur. Non inde
miremur ſi pauci illic perueniant. Preterea
ſi videremus de centum partibus generis
humani nonaginta nouẽ totis ſtudijs cur-
rentes per viã q̃ ducit ad mortẽ: paucos ve
ro currẽtes per viã q̃ ducit ad vitã. Non mi
raremur ſi tota illa magna multitudo deue
niret in mortẽ ⁊ ſola illa paucitas perueni-
ret ad vitã. Quid igitur mirũ ſi vnuſquiſq̃
hominũ ad finem peruenit/ad quem totis
viribus ac ſtudijs tendit. ¶ Ad primũ igi-
tur in oppoſitum dicẽdum ꝙ omniũ deus
miſeretur ſm preſentẽ iuſtitiam: immo etiã
ipſorum damnatorum quia non punit eos
quãtum iuſte poſſet punire. dicere em̃ poſ-
ſent dãnati iſtud Threñ. iij. Miſericordie
dñi multe quia non ſum⁹ conſumpti. Tunc
tamẽ in eis magis apparebit ⁊ laudabitur
dei iuſtitia q̃ miſericordia. Neq̃ em̃ vt vult
Guil. Pariſieñ. eſſet perfecta laus dei ⁊ cõ-
pleta ſi non eſſet ei perennis ⁊ ppetua laus
⁊ gloria dei iuſtitia quemadmodũ de boni
tate ⁊ miſericordia. Et ſicut iuges laudes ⁊
gratiarũ actiones continue reſonabũt eius
miſericordiã in redẽptis ⁊ ſaluatis: ſic plan
ctus ⁊ eiulatus reſonabunt dei iuſtitiam in
perditis ⁊ dãnatis. Et propter hoc vt vult
Guil. Pariſieñ. infernus in glorificatorum
auribus ineffabili ſuauitate ſuccinet in pa-
radiſo. Nec eſſet iocunda et ex omni parte
perfecta laus nec muſicalis concentus ſua-
uitas: ſi diſcantus infernalis a parte iuſti-
tie dei reſonans cantui miſericordie deeſſet
iuxta quod ſcriptum eſt in pſalmo. Miſeri
cordiam et iudicium cantabo tibi domine.
¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ infernus minor
eſt amplitudine ipſa terra: eo ꝙ continetur
in terra. Sed in inferno ponentur damna-
ti compacti ſicut oues vt ſupra dictum eſt.
pſ. Sicut oues in inferno poſiti ſunt. Sed
in paradiſo erunt beati collocati ſm rega-
lem magnificẽtiam. Oportet autem reges
iuxta magnificentiam regiam ampla habi
tare palatia: ideo palatium celi latum eſt
propter tot regum et reginarum magnifi-
centiã cõplẽdam. Ideo ibi melius eſt ſequi
viã paucorũ q̃ꝫ viã multorũ. Vnde in hiſto
rijs Phryſonũ legitur ꝙ q̃dã eoꝝ dux noĩe
Rathboldus cũ deberet baptizari ⁊ iã vnũ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pedē haberet in lauacro et alterum extra. Interrogauit vbi plures maior suor eēnt in inferno an in paradiso: et audiēs plures esse in inferno intinctum pedem retrahēs. Sanctius est (inquit) plures q̄ pauciores sequi: ⁊ ita ludificatus a demone ꝓmittente sibi q̄ tertia die incōparabilia bona sibi cōferret. Quarta die subita ⁊ eterna morte perijt. Sic multi se volūt magis sociare cū illis qui vadūt in infernū q̄ cū paucis qui in paradisum festināt. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ si reges ⁊ principes haberēt iustitiā agere super subditos plenā ⁊ perfectam ita vt possent tā in foro interiori q̄ exteriori iudicare: in multis locis appareret infidelium cruciatus plus q̄ modo: ⁊ fortevbiq̄ in arboribus inuenirētur suspēsi: modo vero nō nisi dimidiā iustitiā habent scz in foro exteriori: christus aūt factus homo residuū iustitie sue cōtulit homini: quādo Joā. v. pater omne iudiciū dedit filio: qz filius hominis est: vt si homo se iudicet in presenti/nō iudicetur in altero: ⁊ ita quia deus ⁊ de exterioribus ⁊ de interioribus iudicat: nō est mirū si multos infideles ⁊ rebelles iudicet ad inferni patibulū: ⁊ plures q̄ iudicēt reges ⁊ principes ad tēporale patibulū. Dicitur scdo q̄ peccatores et dānati pro nihilo reputātur. Esa. xl. Gentes quasi vacuum ⁊ inane in ꝓspectu dñi dei reputate sunt. Nō est igitur mirū si illa tota multitudo nō reputetur: sed in patibulis suspendatur que nullius est valoris: qm̄ Eccli. xvj. c. Melior est vnus timens deum q̄ mille filij impij. ¶ Ad quartū dicitur q̄ nō delectāt deū tormenta malorū quasi complaceret in ipsis. Esa. j. Heu (inquit) ego consolabor sup hostib' meis: et vindicabor de inimicis meis. Sed tamen in ipsis delectantur inquantū per ea malū reordinatur: ⁊ propter pulchritudinem iustitie que in eis inestimabiliter miranda est et laudanda: et quā tanto delectabilius intuebunt sancti in patria q̄ hic cogitent eam vel audiāt. Et quanto maior erit eis ibi amor iustitie q̄ hic. Et quanto magis videbitur ipsa diuine iustitie magnitudo. Ex quo sequitur ꝑm Guill. Parisien. ibi maius gaudium futurū esse de aspectu pulchritudinis diuine iustitie que ibi cōspicietur lucidissime: q̄ esset gaudiū ex oibus huius mūdi gaudijs si conflarētur in vnū. ¶ Ad quintum dicitur primo q̄ ibi ponitur numerus certus ꝓ incerto. Nec ex hoc argui potest equalitas damnatorum et saluatorum. Unde Esa. xxiiij. dicitur quomodo si pauce olive que remanserunt excutiātur ex oleo: et racemi cū fuerit finita vindemia eleuabunt vocem suā et laudabunt cū glorificatus fuerit dñs. Sicut enim contingit in nuce q̄ post excussionē nucum remanēt pauce respectu earū que ante fuerāt: et pauci racemi post vindemiam respectu eor qui ante fuerūt. Sic pauci erunt saluati respectu damnandor. Dicitur secūdo q̄ propter significationē quādā dicūtur quinq̄: qz oēs saluādos necesse est habere quinq̄: scz fidem veram nō fictam: baptismum/in adultis penitentiā/ablati restitutionem/ ⁊ dei et proximi amorē a quibus deficiūt dānati. ¶ Sed dices hec opinio de multitudine fideliū q̄ plures eor damnabūtur magis ducet fideles ad desperationē q̄ ad bene agendum inclinaret. ¶ Respondetur q̄ non: immo ad bene agendum stimulat. Si em̄ deberent solum esse tres saluādi et ego scirem/sperarē esse vnus ex illis: et ex operibus operā darem vt efficerer eorū tertius: ideo non est desperandum sed laborādum: quia pulices ⁊ pediculi ⁊ cetera nullius valoris animalia sine labore acquiruntur: bona vero et vtilia: vt oues et boues non nisi cum labore magno possidentur.

F Quinq̄

¶ Spiritualis desolatio ex quatuor bonor priuatione damnatis ꝓuenit: q̄ labiorum duo sunt vitia: q̄ damnati obliuiscentur a deo/sanctis/et amicis: et cognoscent beatos et econuerso. Capitulum. xxiiij.

Ctaua pena spiritualis est defectus consolationis non tantum corporis: sed etiā ipsius anime. Nā vt videmus aliqui corporaliter cōsolantur qui nō spiritualiter et econuerso: q̄ uis consolatio anime redūdet in corpus. Quanta ergo pena damnatis erit qui considerabūt a nullo scz nec a deo: nec ab aliqua creatura cōsolari in tā maximis penis: sed erūt in inferno positi quasi deo non sit amplius de eis cura. O dñe Jesu quātam curā ꝓ hoīe saluādo habuisti: qui homo fuisti passibilis abiectus ⁊ despectus et mortē tam vilē passus es. Nūquid obliuisceris misereri deus: aut cōtinebis in ira mias tuas vtiq̄ dñe: quia nūc est tēpus mie. Tūc autē iustitie vbi dis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cet quilibet illud Ps. Dñe memorabor iustitie tue solius. ¶ Erit igitur occasione huius desolationis in dãnatis grauissima pena et quatuor. Primo quia erũt priuati oĩ diuina consolatione: quia deꝰ iudex iustus nihil eis dabit in quo sibi cõplaceãt: immo de quocũq; recordabuntur siue de deo aut alia re quacũq;: hoc totũ erit in desolationẽ. Inde est ꝙ infernꝰ appellatur ꝑm Papiã: acheron ab a quod est sine: et chere qõ est gaudium: quasi sine gaudio. Nõ emẽ habebunt aliquã gaudij consolationem retro a mũdo quẽ dimiserunt: quia nõ valẽt eis eius suffragia. Nec desuper a celo: quia nõ fluit inde desuper aliqua mĩa. Nec de futuro sperant gratiã aliquã: ideo sunt semper sine gaudio: vt sicut est locus celi semp cũ gaudio: mũdi vero locus modo cũ gaudio modo sine gaudio. Sic et infernus locꝰ est semper carẽs gaudio. Bernar. Quid erit cũ se videbit illa misera cõditio omni se consolatione priuatã. Job. xv. Auferetur de tabernaculo eius oĩs spes fiducie. Exẽplũ ad hoc Luc. xvj. de diuite: qui cũ petijsset guttam aque ⁊ respõsum fuisset de chaos magno desperans/ rogare cepit pro fratribus suis. Inde dicitur infernus terra miserie: quia ibi est ablatio omnis refrigerij: miseria emẽ opponitur felicitati: ideo sicut felicitas perfecta patrie superne excludit omnẽ defectũ: sic miseria inferni excludit omne refrigeriũ ⁊ solatiũ. In hac vita sustinemus multas miserias. ꝓpter qõ Job. xiij. de homine dicitur: ꝙ repletur multis miserijs. Sed inter eas multa sunt refrigeria: et scit istas miserias tãdem debere deficere. Sed in inferno vbi est summa miseria nullũ est refrigeriũ a deo vt pro gratia singulari dãnati vellẽt permanere in illis penis: saltem tot annis quot sunt gutte aq̃ maris et grana arene eius: et postmodũ liberi essent: et ex hoc refrigeriũ aliquod susciperent ꝙuis emẽ illa sint innumerabilia nobis: finita tamẽ sunt ⁊ a deo dinumerata: et sic aliquando finẽ haberẽt. Sed cũ sciunt nũq̃ finem hic habere penã eorũ: ideo refrigerio carẽt. Hic autem vt dictũ est non sic punit deus: quia quantũcũq; hic aliquis patiatur/ aliquã tamẽ cõsolationẽ suscipere potest. Sicut Job licet grauissime afflictus/ patiẽter tamẽ sustinuit. Scriptum emẽ est Job. ij. ꝙ percussit eũ Sathan vlcere pessimo a plantis pedis vsq; ad verticem capitis; qui testa

S Desolatio.

sanie radebat in sterquilinio. Et cũ dixisset illi vxor sua. Adhuc tu permanes in simplicitate tua benedic deo et morere. Ait illi. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu dñi: cur mala nõ suscipiemus? In quo patet patientia eius quã nõ habebunt damnati: ideo blasphemabunt ⁊ maledicent: sicut consulebat mulier Job dicens. Benedic deo. i. maledic deo. Tãtum emẽ abhorret scriptura diuina maledictionem vt loco maledic posuerit benedic. vnde in oĩbus his nõ peccauit Job labijs suis. Glos. Duobꝰ modis labijs peccamus. Primo cum iniusta dicimus. Secũdo cũ iusta tacemus: sed Job neq; cõtra feriẽtem superba dixit: neq; cõtra suadẽtem recta tacuit: et sic patet ꝙ per patiẽtiam et sapientiam quibus vxorẽ arguit (que sunt duo dona dei) cõsolatus est. Et etiã qꝛ hec pena presens tẽporalis est: ⁊ per patientiã potest esse eterne vite meritoria: ⁊ cum hoc purgatiua ⁊ satisfactoria. Sed nihil tale accidet dãnatis. Hec aũt pena illis dabitur q̃ hic habẽt consolationẽ suã mundanã in iocis/ truphis/ comestionibus/ potationibꝰ/ luxurijs/ et alijs peccatis multis de quibꝰ noluerũt penitere. Credũt emẽ tales decipere deum: quia dicunt ore se dolere de peccatis ⁊ proponere abstinere. Sed in rei veritate aliud habent in corde: qõ patet. Quia facta oris confessione coram sacerdote tali quali statim redeũt ad modũ viuendi prior em. Et sicut prius iurauerũt ⁊ blasphemauerũt: sic postea faciunt dicẽtes ꝙ aliter viuere nõ possunt. Et ideo quia hic noluerũt acquiescere deo: in futuro in nullo deꝰ acq̃escet eis. ¶ Secũda pena erit quia priuabũtur angelorꝫ cõsolatione. Post diem iudicij nullus bonorꝫ angelorꝫ ad dãnatos descendet: modo emẽ ad purgatoriũ quãdoq; credũtur descẽdere ad purgandos consolãdũ. Sicut in libro de dono timoris legitur ꝙ quidã peccator correptus grauissima infirmitate rogabat dñm vt eũ tolleret de mũdo isto: quod cũ frequẽter petijsset: adstitit angelus dei dicens se missum ad petitionẽ suã expediẽdum. Elige (inquit) tibi qõvis: aut duobus diebꝰ in purgatorio stare: aut duobus annis infirmitatẽ istam sustinere. At ille gaudens elegit primum: et sic mortuus est. Post horã autẽ modicã apparuit ei angelus existenti in purgatorio: quẽ anima illius defuncti videns ait. Quis es tu?

V Labia:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Qui ait. Ego sum angelus dñi qui apparui tibi in seculo adhuc viuenti. Cui ille: absit. Tu nō es angelus: quia angeli nō mentiūtur. Tu autē mihi mentitus es dicēs ꝙ solū duobus diebus starē in purgatorio: hic autē steti tot annis. At angelus. Scias ꝙ nōdum hic per horam integrā stetisti. Tūc ille. Rogo ergo ꝙ me reducas ad seculū: qr paratus sum sustinere quācūqꝫ infirmitatē que deo placuerit dūmodo hic nō reuertar: quod et factū est diuina dispēsatione. Et regressus hic sustinuit patiēter infirmitatē per duos annos post quos mortu⁹ est. Pie ergo creditur ꝙ boni angeli visitent in purgatorio suos cōciues ⁊ consolētur eos: et vt patienter sustineāt exhortātur: ⁊ specialiter eos visitant quoꝫ fuerūt custodes. Damnati vero nūqꝫ sic per bonos angelos consolabūtur: et hoc iuste: quia nūqꝫ eis voluerūt acquiescere: vel si quādoqꝫ acquieuerunt nō tamen perseuerauerūt: et maxima erit desolationis occasio in eis dū recordabūtur ꝙ deus eos tātū dilexit ꝙ eis (sicut dicit Hierony.) ab ortu natiuitatis dederit angelū custodē. Quanta insuper desolatio eis nō acquieuisse monitionib⁹ sui boni custodis ⁊ cum eo non iuisse ad gloriā celestē: sed magis acquieuisse illi damnato angelo dato in exercitiū. Considera enim ꝙ si tibi darētur duo viri: quorū vnus induceret ad bonū terminū alius instigaret ad malum: si crederes malo inducenti te ad locū talem qualis est infernus quātū dolere et tristari deberes: qr malo acquieuisti et bono credere noluisti. Sic erit de dānatis in eodem loco. ¶ Tertia pena erit priuari oīm sanctorū cōpassione. Primo quidem quia sancti tūc cōpati nō poterūt eo ꝙ (vt dicit Guil. Parisien. lib. de virtutibus) cū cōpassio sit quedā cordis miseria: si esset in eis cōpassio/esset in eis cordis miseria: cū ergo miseria tūc se totā conferat in gaudiū qō erit de omnino sublata miseria: sequitur ꝙ in illa felicitate nulla erit cōpassio. ¶ Tum etiā qr tūc letabūtur sancti de iustitia dei. Ps. Letabitur iustus cū viderit vindictam: vt enim dicit Guill. Iustitia dei de dānatis apponet maximū ferculum gaudij beatis cum viderint eos cruciari: ita ꝙ tot fercula quot tormenta. Summe enim diligunt iustitiā dei quam hic esurierunt: ideo ni mirum si tunc saturati erunt. Tum tertio ratione amoris glorie dei quam summopere zelant. Ita vt

3 Cōpassio.

transacto mari huius seculi decantēt illud Exodi. xv. Cantemus domino: gloriose enim glorificatus est equum: id est cerum diaboli: vel equum: id est superbiam: et ascensorē eius: id est totam cateruam superboꝫ proiecit in mare. i. in abyssum eternarum amaritudinum. Et hoc idem dicitur Apocalyp. xix. Post hec audiui quasi vocem tubarum multarum in celo dicentium: alleluia laus gloria et virtus deo nostro: quoniam vera et iusta iudicia sunt eius: qui iudicauit de meretrice magna que corrupit omnem terram in prostitutione sua. Caterua enim malorum est illa meretrix magna que meretricium ac turpitudinem omnimodam peccatorum spreto sacratissimo christi connubio nec erubuit nec expauit. Unde Psal. Manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Quia iustus balneabit se cum viderit tantam de damnatis fieri iustitiam: et sic pater in celo nō tristabitur de damnatione filij in inferno: nec filius de damnatione patris: nec filia de dānatione matris. O quāta tristitia in dānatione illa quando scient filios et filias quos ita chare nutrierunt gaudere de damnatione sua. Unde disti. l. quarti. dicit magister inquirēdo. Sed cum sancti malos in tormentis videant: nonne aliqua comparatione erga eos mouebuntur? Nonne eos de tormentis liberare cupient? et respondet in fine capituli dicens. Iustorum anime et si nature sue bonitate misericordiā habent iam tunc creatoris sui iustitie coniuncte tanta rectitudine cōstringētur vt nulla ad reprobos moueantur cōpassione. Scotus vero in. iiij. eadem distin. dicit. Non credo ꝙ beati consolentur absolute de penis eorum: nec gaudent de eis nisi propter iustitiam iudicis: et quia vident deum hoc velle/volunt et ipsi: hoc tamē (si placeret deo) absolute nollēt. Nec propter hoc est in eis tristitia: quia volūtas eorum protunc non est tristitie capax propter dilectionem perfectam que impedit omnē tristitiam: nō solum oppositam/sed etiā quācumqꝫ contingentem. ¶ Quarto ideo non compatientur sancti damnatis: quia tunc perpetue obliuioni tradentur. Primo quidem obliuiscentur a deo dicente eis. Nescio vos. Matthei. xxv. Amen dico vobis quia non noui vos. Job. xxiiij. vsqꝫ ad inferos peccatum illius/ obliuiscatur illius misericordia. Unde Guilielm⁹ Parisien. libro de

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

fide ⁊ legib⁹. Sicut hircus emissari⁹ absq; custode relinquebatur in deserto expositus bestijs deserti ad deuorandũ propter peccata que in figura portabat. Sic popul⁹ oneratus peccatis a deo custode ⁊ defensore derelictus bestijs inferni diruẽdus reponitur sine cõsolatione. Vnde alter hircus cremabatur in tẽplo: alter in desertũ mittebatur quia peccatoꝝ quidẽ in ecclesia ardore charitatis cõcremãtur ⁊ cõtritiõis calore. Alij vero in desertum inferni peccata portantes absq; omni consolatore dimittũtur. Scõo obliuiscẽtur a sanctis: vnde infernus a poetis vocatur lethes id est obliuio: qꝛ in perpetuam obliuionẽ tradẽtur. vnde sancti oĩm illarũ miseriarũ obliuiscẽtur. Job.xj. Miserie obliuisceris ⁊ q̃si aquaꝝ que preterierũt nõ recordaberis: et hoc ideo quia inebriant ab vbertate domus dei ⁊ torrente voluptatis potãtur. Ideo dicit Prouer.xxxj. Bibãt ⁊ obliuiscãtur egestatis sue: ⁊ dolores non recordentur amplius. Sed dãnati bonorũ nõ ampli⁹ recordabũtur q̃ scꝛ tunc habeãt: quia non habebũt. Threñ.iij. Repulsa est a pace anima mea oblit⁹ sum bonorũ. Tertio obliuiscentur ab amicis suis. Psal. Perijt memoria eorum cum sonitu. non em̃ curãt de eis. Exemplum de quodam puero a quo cum quereret pater eius quomodo vocaret Respondit (nescio quo spiritu inspiratus) vos vocamini dominus cito oblitus. Vnde possunt dicere damnati illud Psalm̃. Amici et proximi mei de longe steterunt ⁊ vim faciebant qui querebant animam meã. Hac pena plectentur qui deum hic obliuiscũtur vacantes delicijs et ebrietatibus et meretricijs. Pš. Intelligite hec q̃ obliuiscimini deum nequãdo rapiat et nõ sit qui eripiat.

Z Dãnati

¶ Sed querit Bona. in. iiij. dist. l. Vtrũ dãnati mutuo cognoscant beatos ⁊ ecõuerso/ et videtur ꝙ sic: qꝛ diues positus in tormẽtis vidit Abraã ⁊ Lazarũ: ⁊ econuerso ipsi viderunt ipm̃. Luc̃. xvj. In oppositũ arguitur: qꝛ inter eos est improportionabilis distantia: nã inter eos firmatũ est chaos magnũ. Preterea cũ compassio fit de bonitate nature: si viderẽt tormenta eorũ cõpatterentur eis cũ ea: que sunt bonitatis nature in eis nõ sint ablata: sed hoc nõ: igitur. ¶ Respõdetur primo ꝙ quia reprobis considera tio glorie beatorũ est pena: ⁊ cognitio pene reproborũ electis est gaudiũ: quia illi considerãt gloriã sub ratione amissionis; isti penam sub ratione diuine volũtatis: ⁊ gloria electorũ semper manet: ⁊ post iudicium copiosior erit: ideo electi ⁊ nũc ⁊ tunc videbũt penã reproborũ vel in se vel in deo vt dicit Esa. vlti. Reproborũ autem pena post iudiciũ intẽdetur vt nõ liceat eis cõsiderare nisi confuse tãtum: nec a sanctis auxiliũ petere sicut diues petijt qꝛ tormentorũ suorũ magnitudinẽ non poterunt sustinere: ita ꝙ liceat alijs vacare nec tunc sancti cõpatiẽtur eis quia cõpati non est de bonitate nature nisi passibilis. ¶ Quarta pena erit qꝛ priuati erũt mutua cõfederatione: qꝛ non solum sibi inuicẽ inuidebũt immo impossibile erit vt sibi inuicẽ aliquo amore coniungantur. Hic autem licet quãdoq; aliqui se odio habeant: interdũ tamẽ pacificantur ⁊ postmodũ fiunt aliquãdo boni amici. Sed nihil tale ĩter dãnatos poterit fieri: ita ꝙ de se mutuo gaudere nõ poterunt. Et licet societas afflictorũ quãdoq; refrigeriũ prestet nõ tamen istis sed potius augmentũ pene. vnde Aug. de dãnatis ait. Non ꝓpterea minus ardebũt quia cum multis ardebunt. ij. q. j. multi. ¶ Et si quera⁹ nũquid poterũt gaudere de dilectione sui sicut videmus peccatores gaudere cũ se amant inordinate? Respondet doctor subtilis. dist. l. ꝙ si quilibet dãnatus ⁊ maxime demones possent stare in cognitione sua ⁊ dilectione ꝓpetua et ad aliud non determinarẽtur ab alio/ se reputarent beatos beatitudine naturali: ⁊ ideo in cognitione sua maxime quiescerẽt. Sed ab hoc impediũtur quod est eis maxima pena: qꝛ nullus eorũ absolute potest stare ĩ cognitione ⁊ dilectiõe sui/ sed tantũ vt est terminus cuiuslibet alterius: sicut infirm⁹ qui se considerat non tñ delectatur inde: qꝛ non considerat se nisi vt est terminus concupite sanitatis qua caret ⁊ quã obtinere non potest: ⁊ ideo amplius tristatur cũ plus considerat. Sic diligens se ad habendũ aliquid quod nõ potest habere ex illa dilectione patitur maiorẽ penã ⁊ tristitiã. Dãnati igitur amantes se ⁊ considerantes finem propter quẽ facti fuerunt: ⁊ quẽ potuissent cum diuino auxilio acquirere maxime cruciabunt et confusionem super se habebunt. quia noluerunt facere bonũ ⁊ effugere malum.

Ad Gaudere.

¶ Dãnati quatuor bonorũ dei in seipsis desiderant priuationem quorum scientia est eis indelectabilis. Capitulum. xxv.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

n Desiderium.

Dna pena est mortis desideriū. de quo Apoc. ix. Desiderabunt mori ⁊ mors fugiet ab eis. In quo apparet ꝙ infelix erit eorꝫ vita quando viuent in tanto tedio ꝙ amarissimꝰ ille morsellus quez naturaliter refugiūt oīa animātia erit eis desideratissimus: ⁊ mortem illi vite preponent: ppter qd̄ nō sine causa dicit dñs Iude Mat. xviij. Bonū erat illi si natus non fuisset homo ille. Aū Aug. O mors ꝙ dulcis esses quibus amara fuisti: te solū desiderant qui te vehemēter oderūt. Unde primo vellent se nunq̄ fuisse creatos vel factos. qz si nō fuissent facti non cōmisissent idem ppter qd̄ ppetuo damnati sunt: ideo maledicēt cōceptioni sue ⁊ natiuitati. Job iij. Pereat dies in qua natus sum: ⁊ nox in qua dictū est cōceptus est homo. Cōsideremus ad hoc q̄d dicat homo cadens in profundā foueam. O maledicte (inquit) ve tibi qz p talem viā venisti: si nō venisses non cecidisses. ita damnati dicent: si nō fuisses genitus nō fuisses dānatus. Talis pena illis cōtinget qui cōsiderare nolūt quare facti sunt. de quibꝰ Ps. Homo cū in honore esset nō intellexit cōparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis immo deterioris cōditionis: qz cū illa iumenta moriunt nihil plus de eis remanet neq̄z in bonū neq̄z in malū: hi aūt in tormentis ppetuis manēt. Apprehendet etiā hec pena eos qui delicate nutriti sunt ⁊ qui in hoc mūdo bonos morsellos comederunt: quibus mors esset morsellus delicatissimꝰ quē desiderabūt sz nō habebūt: qz impossibile desiderant: cum vt recitat Aristo. ab Agathone philosopho. vj. Ethi. b̄ solo priuatus est deus qd̄ nō pōt facere facta esse nō facta: ⁊ genita esse nō genita. ¶ Scdo vellent damnati adnihilari: qz ⁊ si nō pōt esse quin fuerint: posset tamē fieri ꝙ nihil essent. Estimarent em̄ se habere quietem si oīno nō essent: qz em̄ nō habēt affectionez honesti sed cōmodi tm̄modo vellent dei ⁊ iudicij eius honestatē nō esse ⁊ suū cōmodum reputarēt nō esse: sicut mens mea iudicaret magis appetibile decollari q̄ diuturnā pati ignis adustionē. Sed sicut sctī mias dñi in eternū cantabūt: sic damnati in eternū iustitias dñi vlulabūt. Scriptū est em̄ in ps. In eternū oīa iudicia iustitie tue. Et hac pena plectentur oēs ⁊ maxime qui in hoc mūdo apparere voluerūt aliq̄d esse cum nihil essent: tūc aūt desiderabunt nō esse ⁊ nō apparere sed nimis tarde cuz nō poterunt. ¶ Tertio vellent nō se fuisse redemptos: magna em̄ erit eis pena cū cōsiderabūt tantū remediū cōtra sua peccata spreuisse. Cogitare posset q̄s si esset adiudicatus morti vel ppetuo carceri: ⁊ aliquis vellet eū laborare ⁊ hanc liberationem cōtemneret: ⁊ postea cū vellet liberari nō posset quanta mestitia afficeret. Sic erit damnatis maxima pena cogitare de illa liberatione quā ptempserūt, immo vellent ꝙ deus nō fuisset incarnatus: qz magis punient eo ꝙ nō curauerunt de tanto bono eis oblato ⁊ maxime christiani: ⁊ hec pena maxime dabitur his qui tāto beneficio sunt ingrati. Miseri proinde sunt illi dānati qui tanto amoris funiculo ad christi amorem trahi nō potuerūt. Ostendit eī nobis christus amorē maximū cū corpus suū morti ⁊ oīa mēbra sua flagellis exposuit ⁊ etiā morti. Nam vt ait Ber. Si dñs Jesus tot mēbra habuisset in suo corpore quot sunt in firmamento stelle: ⁊ in vnoquoq̄z mēbroꝝ singularem vitā habuisset oīa figillatiz morti exposuisset anteq̄ animā vnā in faucibꝰ diaboli dimisisset. Fuit igitur christi passio pro totius humani generis redēptione sufficiens. Sed maledicti dānati hoc nō curātes magis eū quantum in eis fuit pctis suis iterū occiderunt iuxta illud Heb. vj. Rursuz crucifigentes sibimetipsis filiū dei. Et ita tristabunt cū scient se si voluissent p meritū passiōis ab illa eterna morte fuisse liberatos. ¶ Sed queritur quō hoc scient cum ibi erūt tenebre spūales. Ceco em̄ vbicūq̄z est tenebra, damnati aūt p malitiā suā sunt excecati. Sap. j. Excecauit eī eos malitia eorꝫ: ergo nesciunt se fuisse redemptos neq̄z illud beneficiū cōsiderabunt. ¶ Rñdet Bonauen. in. iiij. dist. l. ꝙ sicut triplex est actus lucis corporalis scz manifestare dirigere ⁊ delectare: sic suo mō est in luce spūali. ¶ Quantum ad primū actum nō sunt oīno damnati extra lucem: qz aliqua erunt eis manifesta sed solum illa que faciunt ad cumulum pene ⁊ nō alia. Ideo ista lux est ad manifestandū tenebras ⁊ ducens ad tenebrositatem: ipsi em̄ habebunt remorsum conscientie ⁊ vermē qui cōtinue mordebit: ideo be

O Tenebre.

O Lux.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tis habere vestimenta. Non inquit parum
est quicquid mihi das pro pena eterna pro
pter te sustinenda. Sic enim deberent mu-
lieres cum eis aliqua donaria offeruntur
per diaboli ministros vt peccent dicere/ni
mis parum est pro eterna pena sustinēda.
Non emo tanti eternaliter penitere. ¶ Se
cundo valet ad domandum carnem. Unde
Ysidorus lib.i.soliloquiorū. Propone tibi
aduersus carnis ardores eterni supplicij
ignes. Memoria ardoris gehenne ardorē
excludit luxurie. Videmus enim ꝙ quādo
digitus est adustus applicat ad ignem vt
minor calor extrahi possit per maiorē. Sic
et peccator inflāmatus igne peccati: si per
considerationes igni se applicet infernali:
minor calor extrahi poterit a maiore. Et si-
cut baculus qui versatur et reuersatur in
igne ad apponendū ignem/ex ipso igne cō
sumitur paulatim et denigratur. Sic qui-
cumqz per iugem meditationē versatur in
igne illo necesse est vt in eo consumatur car
nositas. Si enim iuxta dictum sapientis.
Eccls.xij.frequens meditatio carnis:id est
rei finite ꝛ corruptibilis fit afflictio quan-
tomagis meditatio illius eterni ignis qui
carnem cruciatur⁹ est. Exemplū de hoc in
vitis patrum vbi narratur ꝙ duo fratres
dimissa penitētia regressi sunt ad mundū.
Postea vero diuino spiritu tacti regressi sunt
et recepti:ꝛ vterqz inclusus est in cella sepa
rata:ꝛ ministratū est eis idem genus refe-
ctionis ꝟm penitentiā taxatā. In fine vo
anni iussi sunt egredi. Et ecce vnus appa-
ruit valde pinguis ꝛ rubicundus:alter vo
miro modo macilentus ꝛ deformis:ꝛ inuē
to per inquisitionem ꝙ idem fuerat vtriqz
ministratū ꝛ nō aliud mirati sunt patres:
ꝛ dimisus ipsis quesitum est a pingui quid
cogitasset:ꝛ dixit ꝙ de bonitate dei q̄ eum
reduxerat super hoc gratias agēs assidue:
Secūdus requisitus de eodem dixit ꝙ de
peccatis suis cogitabat propter que deum
tam graniter offenderat et penas eternas
meruerat ex hoc dolens assidue:ꝛ iudicaue
runt patres eos eiusdē meriti. Ex quo pa-
tet ꝙ huiusmodi meditatio carnositatē cō
sumit q̄ carnositas dispositiua est ad mul-
ta mala. Unde cuidam viro pingui deridē
ti quendam clericum macilentū ꝛ dicenti.
Dñe clerice vos videmini venire de infer-
no. Respōdit clericus dicens. Dñe ꝛ vos vi
demini habere faciem eūtis illuc Abac.j.
Incrassata est pars eius. ꝛ Hieronym⁹ cui
dam. Inpinguauit te deus ad victimam.
¶ Tertio hec consideratio auellit a delecta
bilibus mūdi. Exemplū ad hoc in vitis pa
trum dixit senex quidā ꝙ nutrix cum abla
ctare vult puerū ꝛ a dulcedine lactis auer
tere ponit aliquod amarū in māmilla: qō
sentiēs puer retrahitur ab ea. Sic et tu ad
iunge amaritudinē inferni delectabilibus
mūdi ꝛ retraheris ab eis. Job.vj. Nūquid
gustare poterit quod gustatū affert mor-
tem: quātomagis si afferat mortem ama-
rissimā: ideo dicebat sponsa christi. Cant.
iiij. Ibo ad montē myrrhe. Descēdit quip-
pe in vallem myrrhe qui descendit in ama
ritudinē conscientie sue. Ambulat in cam-
po myrrhe quem affligit tentatio huius vi
te. Sed conscēdit in collem myrrhe qui cō
siderans penas purgatorias timore com-
pungit ꝛ dolore. Sed mons myrrhe est in
estimabilis amaritudo mortis eterne. Va-
dam igitur inquit sponsa vt paueam. va-
dam vt caueam. vadam vt euadam. vadā
vt lugeam. non perfunctoria prelibatione:
sed crebra cognitione. Unde pſ. Fulgura
in pluuiam fecit. Timor quippe penarū in
ferni fulgura ipsius conuertit in abundan
tiam lachrymarū. Nam lachryme ille non
ex amore:sed ex timore procedunt:propter
quod si quis cōqueratur ꝙ lachrymas ha
bere nō possit/oculos suos aperiat per cō-
sideationem ad fumum inferni ꝛ ad ardo
rem eius et ad vehementiā venti aquilo-
nis:a qno pandetur omne malū: tunc suf-
ficienter materiam lachrymarū hauriet.
¶ Quarto valet ad reuocandum a via per-
ditionis: via enim peccatorum est tenebro
sa. Prouerbiorū.iiij. Et ideo non vidēt pre
cipitium ad quod ducit: et ideo perambu-
lant illam viam. quousqz corruant in lo-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cum pditionis iuxta illud Eccli.xxi. In fi-
ne illoꝝ inferi ⁊ tenebre ⁊ pene. Cum autē
incipiūt illuminari cōgitando de fine pec
catoꝝ auertūt se de illo precipitio: ⁊ tremē
tes recedunt ab illa via. exēplo Dauid qui
dicebat. Cogitaui vias meas ⁊ cōuerti pe
des meos in testimouia tua. Unde in aliq
bus regionib⁹ cōsuetudo est ꝙ latrones a
rupe precipitant ⁊ in casu per lapides pe-
nitus confringunt. Sed anteꝙ veniat la-
tro ad crepidinem ponitur velū ante ocu-
los: qui si videret loci horrorem ⁊ pfundi
tatem prius pmitteret se vulnerari/ ⁊ ocu-
los extrahi ꝙ se in precipitium daret. Sic
ante oculos cordis ponit diabolus velum
scz delectationem in tpalibus: ne putei in-
fernalis cōsideret pfunditatem ⁊ acerbita
tem penarū. Si em pena gehenne conside
rarent potius permitterent se excoriari ꝙ
culpā mortalē ppetrare: ⁊ ideo cessare de-
bemus a peccato cōsiderata pena sequen-
ti ⁊ ei debita: qr Job. xvij. Si sustinuero. i.
si expectauero me emendare vel conuerti
infernus domus mea est. Lupus em timo
re canū ouem dimittit: ⁊ auis timore lapi-
dis vel sagitte viridem ramū/ aut etiam ti
more laquei granū deuitat: ⁊ pisces timo-
re hami escam cōtemnunt: ⁊ tamen pauci
timore eterni supplicij peccata relinquunt
in hoc bestijs deteriores: ⁊ hoc est qd dicit
dns Mat. xi. Cecinimus vobis. id est vitā
eternam promisimus ⁊ nō saltastis. i. non
applausistis/ vos a terrenis eleuātes sicut
qui saltat. lamentauimus vobis. i. lamen-
tum eternū cōminati sumus ⁊ non plora-
stis. i. ꝯm glossam planctū pnīe nō fecistis
¶ Quinto valet ista cōsideratio: qr est occa
sio homini ponēdi se in bono statu: incitā
do ipm ad pnīam agendā in presenti. Cuz
em pctōrem oporteat vel eternā penā susti
nere vel presentem ⁊ transitoriā: quis cogi
tans ad cōditiones vtrarūqz penarū non
preeligeret sustinere hic ꝙ ibi nisi sit insen
satus? Propter qd dicit Abac. iij. Ingre-
diatur hic. s. putredo in ossib⁹ meis ⁊ sub-
ter me scateat vt quiescā in die tribulatio
nis ⁊ ascendā ad pplm accinctū nostrū. et
Job. ix. Dimitte me dne vt plangā paulu-
lum dolorem meū anteqz vadā. i. poti⁹ eli-
go hoc qz illud ⁊ sic peto fieri. Exemplum
ad hoc de quodā scholari delicatissimo q
Bononie cōmorās intantū refugiebat sta
tum penitentie ꝙ nolebat ad sermones ve
nire vel aliquid audire loqui quo moueret
ad ingressum religionis. Factū est autē vt
quidā predicator cōpatriota suus ⁊ fami
liaris visitaret eū in domo sua. Cū aūt in-
grederetur camerā eius ipe timens ne vel-
let ei predicare: dixit. Frater ad quid hic ve
nitis? Si vultis mihi loqui de deo non cu
ro audire. Si vo de alijs negotijs bene ve
niatis. At ille. Magister habeo vobis lo-
qui de quibusdam negotijs. Et ex quo nō
vultis loqui de deo nō propono loqui vo-
bis nisi de licentia vestra. Tunc recepit eū
ad loquendū de illis negotijs. Cum autē
hmōi verba ⁊ rumores essent finita ⁊ fra-
ter volens recedere vidisset delicatissimū
lectum ⁊ pomposum in quo iacebat/ dixit
illi. Magister date mihi licentiā dicēdi vo
bis vnū verbū de deo. Ille vo lz cum diffi-
cultate ꝯcessit. Tunc frater ille. Magister
obsecro vt hac nocte dum intraueritis le-
ctum vestrū cogitetis quem lectum habi-
turi sunt in inferno qui hic penitentiā nō
agūt. At ille. Quis lectus erit ille? Respō-
dit frater. Esaias dicit. Subter te sternet
tinea: ⁊ operimentū tuū vermes. Post hec
vba discessit frater. At ille in nocte sequē-
ti recordatus verbi cum esset in lecto non
potuit dormire cogitās de illo lecto infer-
ni: ⁊ intantū preualuit hmōi cogitatio in
eum ꝙ post modicū religionem ingressus
est. Unde ⁊ de Fulcone Massilien. legitur
ꝙ cum esset primo ioculator cepit cogita-
re ꝙ si daretur ei in penitentia ꝙ semp ia-
ceret in pulcherrimo lecto ⁊ molli: ita ꝙ
nunqz pro aliquo inde recederet. Si non
posset hoc sustinere quanto minus in pe-
na inestimabili inferni. Et propter hoc fa-
ctus est monachus magn⁹ ⁊ deinde Mas-
siliensis episcopus. Quod similiter consi-
derans Dauid ad penitentiam moueba-
tur: dicens. Quantas ostendisti mihi tri-
bulationes multas et malas ⁊ conuersus
viuificasti me: ⁊ de abyssis terre reduxisti
me. id est de periculo cadendi in abyssum.
Hec autem consideratio mouit eremitam
quendam ad asperrimā penitentiam quā
agebat in profunda eremo: a quo cū que-
reretur a quibusdam qui eum inuenerūt:
cur se ita interficeret. Respondit. Totus
labor vite mee non est idoneus comparari
ad vnū diem tormentoꝝ qui pctōrib⁹ in fu
turo seculo preparant. Hec invitis patrū.
Hec etiā ꝯsideratio mouit Petrū eremitā

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ad penitētiā mirabilē: de quo narrat Gregorius ꝙ cum esset secularis et quasi mortuus inferni supplicia vidisset: et multos huius seculi potētes ibidem et se cum illis ibi debere submergi. Astitit quidā chorus scus subito ⁊ perhibuit dicēs. Egredere et vide qualiter amodo fit tibi viuendū. Qui surgēs hec narrauit ⁊ tanta postmodū penitentia se afflixit: vt si lingua hoc taceret penitētia ⁊ cōuersatio clamaret. Et ideo si sepe quiescere non potes in lecto molli ⁊ camera parata ⁊ suauiter redolenti. Si non potes per horam modicā febrem sustinere. Si nō potes tibi dictam iniuriā perferre. Si non potes alterū in maiori honore respicere. Si vis tantūmodo hic habere tibi placentia. Cōsidera quō pati poteris inferni tormēta vt semp videas inimicos tuos et audire eorū opprobria ⁊ irrisiones dum te videbis a societate sanctorū turpiter expelli. O quō penitētia huius mundi leuis erit: si per oīa ista in mēte reuoluat. ¶ Sexto hec ꝓsideratio cōfirmat hoīem in bono facit enim aperire oculos vt videant hoīes bonum qd̄ prius non viderant. Unde Gregorius penaoculos aperit quos culpa claudit. Nec solum hoc facit cum fuerit experta: vt patet in diuite epulone q̄ diuerterat oculum suum a Lazaro: immo etiā si fuerit oculis cōsiderationis diligenter inspecta. Dicunt enī naturales ꝙ dormiētes fulgure percussi inueniūtur habere oculos apertos. Sic q̄ dormiūt in peccatis cum huiusmodi fulgure in mente percutiūtur/per cōsiderationē debitam statim aperiunt oculos ad videndū bonū et illud perficiendū. Sicut enim collyriū clarificat oculum, sic ⁊ cōsideratio infernaliū tormentorū: vnde Job. xvij. In amaritudinib⁹ moratur oculus meus Illius enī oculus morat̄ in amaritudine qui diligēter considerat amaritudinem gehēnalis pene. Et per huiusmodi amaritudinis considerationem recuperat amissam visionē. In signum cuius Tobias fellis linitiōe visum recepit. Tob. xj. Nihil enim hoīem in bonum magis cōfirmat ꝙ hui⁹ mortis timor. Unde Eccli. xxvij. Nisi in timore dñi te tenueris cito subuertetur domus tua. Exēplū ad hoc in vitis patrū. Fuerūt duo sc̄z vir ⁊ mulier: vir sanctissime vite sed infortunatissim⁹ in mūdo/in tantū vt etiā in morte cum deberet sepeliri tanta fuit pluuie inūdatio ꝙ vix potuit multis diebus sepeliri. Uxor vo ecōtrario pessime vite: sed fortunatissima. Factū est autē vt post mortē vtriusq̄z filia quedā quā habebant cogitare cepit cuius vitam imitaret̄. Cum autē suggerēte carne aliquantulū inclinari cepisset ad imitandū vitam matris: facta est in ectasi. Et ecce ostensus est ei locus amenissim⁹ in quo cum vidisset patrē inter alios beatos: occurrēs ruit in amplexus eius/rogans vt eam secū ibi retineret. At ille: non potes hic modo remanere: sed si duxeris vitam quā ego duxi tandē huc venies ⁊ eris semp mecū. Mox autē auulsa ab eo ducta est ad locum quendā de quo deorsum respiciēs vidit matrē in horribili tormēto: que respiciēs sursum ⁊ videns filiam cepit eiulare ⁊ clamare dicēs. Filia vide quid patior ꝓpter immundā vitā meā. Recordare obsecro quot dolores ꝓpter te sustinui/ et si q̄d potes adiuua me. Ad hec verba illa cōmota cōpassiōe ad se redit gratias agens deo sup his que viderat: ⁊ tunc confirmata est ad patrizandū/ timēs illuc deduci vbi viderat matrem ⁊ facta est mulier sancta ⁊ magne abstinētie. Sic ⁊ psalmista qui dixit. Oīa iudicia eius. s. condēnationis malorū in cōspectu meo (et sequitur) et iustitias eius non repuli a me. Propter hoc sc̄z feci fiducialiter omnē iustitiā. Sic etiā in libro de dono timoris legitur de alia muliere. Cum enim quidā eam adamasset adulterino modo: in pctō suo subito mortu⁹ est: pro quo cum ipsa multū doleret ⁊ desideraret scire de statu suo. Cum aliquādo sola in lecto iaceret apparuit ei ille adulter pro quo erat solicita totus ardens vt ferrū candens ⁊ ait. Uide qualis sum exterius et ecce cogitare poteris q̄liter mihi est ꝓpter peccata mea interi⁹: tūc ipse emisit in oculis eius vrinam ardentē quasi metallum bulliēs: cuius ardor terrā videbat̄ cōburere/ ⁊ penetrare/ ⁊ subintrare: q̄ post hoc disparuit: illa ad hec perterrita ita conuersa est ⁊ tanta penitētia sese onerabat vt oībus grauis ⁊ īportabilis videret̄. ¶ Septimo talis meditatio est materia glorificandi deum; sicut iustitie que fiūt in regno in patibulis sunt occasio benedicēdi regē. Unde dicunt turbe. Apoc. xix. Laus ⁊ gloria ⁊ honor et virtus deo nostro: quia vera iudicia eius sunt ⁊ iusta. Sic Dauid dicēs. Confitebor tibi in directione cordis in eo ꝙ didici iudicia iustitie tue. Laudabat em̄

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dñm corde directo in eum/eo ꝙ precognouerat ipsa iudicia terribilia eius. ¶ Octauo expellit acidiam: nihil em̃ penas ⁊ penitentias presentes reputare facit que ad cõparationẽ eius nihil sunt. Unde Berñ. Uigilias times et ieiunia: manuũq; labores. Sed hec leuia sunt flãmas perpetuas meditanti. vnde in vitis patrũ dicit quidã iunior frater seni. Quid faciam pater quia sedens in cella acidior? Respõdit senex/nondum vidisti futura tormẽta: quia si illa posuisses in corde tuo et esset cella tua plena vermib? vsq; ad collũ sustineres patiẽter ⁊ non acidiareris. Sicut em̃ cũ imminet naufragium oẽs apponũt laborẽ ad exonerandum nauẽ: nec est ita infirmus aut debilis quin pro posse man? apponat adiutrices. Sic timor inferni diligentiã adhibere facit ad peccata deponendũ/ restituendũ/et bene agendũ et latrones existẽtes in terra cordis nostri reprimendũ ⁊ super eos vigilandũ. ps. Cõfige timore tuo carnes meas a iudicijs em̃ tuis timui. ¶ Nono hec meditatio contẽnere facit p̃sentia oĩa. vñ Eccls xj. Et si multis annis vixerit homo: ⁊ in his omnibus letus fuerit meminisse debet tenebrosi tpis dierũ multorũ: qui cum venerint vanitatis arguẽtur p̃terita. Exẽplũ in legẽda beati Joãnis euãgeliste: cum quidã diuites ad predicationẽ Joãnis oĩa dimisissent: ⁊ postea videntes seruos suos in gloria mũdi: beatus Joãnes facto auro de virgis ⁊ gẽmis de sabulo restituit eis oĩa. Cũ autẽ quidã iuenis per eum resuscitat? narrasset eis de gloria quã amisissent: ⁊ de supplicijs que eos expectabãt. Illi iterũ reddi tis gẽmis ⁊ auro oĩa contẽnẽtes redierũt ad paupertatẽ prius assumptã. Quis em̃ debeat de se vel de aliquo alio curare si in fine illis tormẽtis tradi debeat? Ideo conuertãtur in infernũ oẽs gentes que obliuiscuntur deũ. Melius em̃ est in presenti vita per cõsiderationẽ descẽdere ad inferos ꝙ hoĩem ascendere ad celos. i. ad honorũ celsitudinẽ per cõsiderationẽ: exẽplo Luciferi ⁊ suorũ complicũ. Ait em̃. Ascendã super celos ⁊ similis ero altissimo. de plurib? autẽ dicit ps. Ascendunt vsq; ad celos: sed sequit: ⁊ descẽdunt vsq; ad abyssos. De primis vero scribitur. j. Regũ. ij. Dñs deducit ad inferos p cõsiderationẽ ⁊ reducit. Sed sicut huiusmodi meditatio cedit ad bonũ electorũ ita cedit reprobis ex eorum impenitentia ad graue malũ. Romañ. ij. Scõm duriciem tuam ⁊ cor impenitens thesaurizas tibi iram. Exemplũ Grego. in dialogo. Quidã nobilis ciuis Romanus/ noĩe Stephanus defunctus fuit apud Constãtinopolim/in mane cum deberet sepeliri surrexit/ ⁊ retulit mala de inferno q̃ viderat ⁊c. Hoc autẽ nocet eis quia vbi deberent credere ⁊ timere ista non credunt neq; timẽt: demonibus deteriores. Nam demones credunt ⁊ cõtremiscũt. Exemplũ de sancto patre qui tentatus quesiuit a demone cur tẽtaret eum cum suppliciũ eius augeret. Respondit demon quia sciebat iudicium non esse venturũ quousq; impleat numer? electorum ⁊ ex hoc volebat plongare iudiciũ ne ita cito veniret eius supplicium.

¶ Due vie quadrupliciter differentes quarum altera est in principio facilis: difficilis vero in fine quadrupliciter: altera autẽ cõtra difficilis in principio/facilis in fine: ad cuius ascensum tria requirunt iuuantia ⁊ duo stimulãtia/quid sit declinare ad dexteram ⁊ quid ad sinistram. Capitulũ. xxix.

Dia vero periculum est tẽdere versus illam domũ infernalẽ quã descripsim? horribilẽ: expedit cognoscere vias quib? itur in illam ⁊ earum cõditiones vt fugiãtur ⁊ ad viam paradisi diuertamus. Sumus em̃ in hoc mũdo quasi in biuio vbi due vie sunt. Una tendit in ciuitatẽ Babylonis q̃ est ciuitas perditionis. Alia tendit in Hierusalem supernã in qua est visio pacis. Ee autẽ due vie multipliciter differũt. Primo quidem vt dicit dñs. Matthei. vij. Lata est et spatiosa via que ducit ad perditionẽ: que ideo dicit lata vt vult Chryso. Homilia. iij. super Matthẽũ: quia illa via non est intra regulã veritatis ⁊ discipline cõclusa: ambulantes in ea nõ qd̃ debeãt agere hoc agũt sed qd̃ delectat: ideo in ea ambulant hoĩes ridentes ⁊ gaudẽtes et comedẽtes. Cũ em̃ quis introierit in eã prout vult se agit: nec coangustat in aliqua parte ita vt delectet eum ambulare p eam. Et ideo multi ambulant: quia multi suas sequũtur cõcupiscentias. Hoĩes em̃ vt vult philosophus. ij. Topi. in pluribus sunt mali ⁊ in pauciorib̃us boni: qd̃ ideo est vt vult Augu. vt exerceãt bonos. Si em̃ essent plures boni q̃ mali:

E Uie

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tam non auderent excercere bonos. plures em̃ sequũtur turbã vt faciant malũ. vnde Eccls.j. Stultorũ infinitus est numerus. Ad hoc exemplũ Rathboldi Phrisonũ ducis qui vt refert Sigisbertus predicatione Vulfranni episcopi ad hoc adductꝰ vt baptizaretur: cum vnum pedem in lauacro intinxisset/alterũ pedẽ retrahẽs: interrogauit vbinã plures maiorũ suorum essent in inferno an in paradiso: et audiens plures esse in inferno: intinctũ pedem retrahens. Sanctius est (inquit) vt plures ꝗ̃ pauciores sequar: ⁊ ita ludificatus est a demone promittẽte ei ꝙ tertia die ab hinc incorruptibilia bona ei daret: qua die subita ⁊ eterna perijt morte. Sed via paradisi (vt ibidẽ dicit dñs) arcta est: immo dñs illam viam perambulauit habẽdo in cruce pedem sub pede: ideo autẽ arcta dicitur: vt vult Chrysostomus in loco allegato: quia illa est via iustitie que intra regulam veritatis ⁊ discipline inclusa est: et ambulantes in ea non quod delectat faciunt: sed qꝛ̃ debẽt: ita vt quãdoqꝫ peniteant qui eam ingrediũtur. In ea em̃ ambulãt tristes lugentes ⁊ ieiunantes ita vt diceret ꝓpheta Dauid. Mei autẽ pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui super iniquos pacem peccatorũ vidẽs. Ideo duo calcaria nobis adhibẽtur ad pungendũ ⁊ stimulandũ nos vt per illam viam arctam incedamus: que ꝟm Augustinũ sunt amor diuine iustitie ⁊ timor infernalis angustie que duo necessaria sunt. Alias si equus noster vno calcari pungeret et non alio: nec recte nec secure incederet: quia sine timore quandoqꝫ generatur stulta presumptio/ ⁊ sine amore desperatio. Unde Grego.j.moraliũ. Cum quis solo timore bona agit/a malo penitꝰ non recedit/quia eoipso peccat quo peccare vellet si iuste potuisset. Inde est qꝛ̃ propter huius vie arctitudinẽ pauci per eam gradiũtur ita vt videat desertavia ⁊ male tritata. Threñ.j. Uie Sion lugẽt eo ꝙ nõ sit qui veniat ad solẽnitatẽ supple paradisi. Quia vero via ista stricta est: ideo caute ambulãdũ est in ea vt homo videat vbi ponat pedem amoris sui. Augu. Pes anime amor est: qui si rectus est dicit charitas: si curuus cupiditas. Sicut em̃ contractꝰ ire non potest ad sanctũ Iacobũ: sic qui pedẽ istum non habet non potest ire in celum. Item quia via ista arcta est/timendum est

E Calcaria.

illis valde qui latam habent conscientiã. Lati em̃ currus incedere non possunt per viam arctam: ⁊ ideo cum conscientia eorum sit quasi quidã currus magnus ⁊ latus: ferens eos ad terminũ suum/ timendũ est talibus ne sint extra viam istam. Et quia illa ducit in celum: timendũ est ne pes extra eã ponatur. Nam in via alpium alta/si pes exeat viam: statim cadit in abyssum. Sic homo in infernũ si pedem amoris extra illam figat. ¶ Secũdo differunt quia via inferni est via obliqua. Serpens enim quasi semp tortuose incedit: ideo serpẽs ille antiquus qui vocatur diabolus primus adinuenit illam viam tortuosam ⁊ obliquã: quam sui sequaces imitant̃. Iuxta illud psal. In circumitu impij ambulãt: quam sapiens sibi difficilem estimabat. Non tam ad cognoscendum ꝗ̃ ad gradiendum: cum inter tria difficilia vnum dixit esse viam colubri super petram. Sapiens enim ꝗ̃ cito se sentit in via obliqua tamcito se conuertit ad rectam: eo ꝙ quãto diutius ibi steterit: tãto a termino longius declinabit. Ideo debemus cauere ne intremus huiusmodi vias sicut psalmista dicebat. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Et audire Hieremiã precipientẽ. Reuertatur vnusquisqꝫ a via sua mala. Hiere.xviij. Cõtra malos q̃ eas nolunt dimittere cum tamen se sciant a recta via diuertere: contra quos Hiere.ij. Qꝫ vilis facta es nimis iterãs vias tuas. Sed via paradisi recta est. Esaie.xxvj. Semita iusti recta est: rectus est callis iusti ad ambulandũ. Formice enim sibi rectas vias et strictas facere solent per quas iugiter incedunt: et solent grana ad domiciliũ deportare. Sic viri sancti vias virtutum eligunt rectas per quas vadunt ⁊ ad paradisi domicilium grana meritorum trahunt. Inde Prouer.vj. iubetur insipienti. Uade ad formicam o piger: ⁊ considera vias eius: ⁊ disce sapientiam. ¶ Sed dices via dñi est a dextris: via mala a sinistris: iuxta illꝛ̃ Prouerbiorũ.iiij. Uias que a dextris sunt nouit dñs: id est approbat: peruersevero sunt que a sinistris. Et ꝟm psalmistã: nouit dñs viam iustorum: id est approbat. Cum igitur ille qui declinat a dextris vel a sinistris obliqua et non recta via incedat: videtur ꝙ celorum via sit obliqua. Inde Deuteronomij.v. precipit. Nõ declinabitis neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad sinistram. Sed perviam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quā precepit dñs de⁹vester ambulabitis. ¶ Respondet ꝯm glos. Prouer.iiij. ꝙ dextera via bona est/ sinistra reproba: ⁊ ideo nō prohibemur dextra via ambulare: sed ad dextraz vel sinistrā declinare. Declinat aūt ad sinistram qui iniustus est: declinat ad dextrā qui sibi vult arrogare ꝙ iustus est. Declinat ad dextrā qui de suis viribus presumit saluari: declinat ad sinistram qui propter suā fragilitatem desperat se posse saluari: declinat ad dextraz qui plus vult sapere q̄z oportet: declinat ad sinistrā qui stultitie famulat. Hec glossa. Qis em̄ qui viam dñi pambulat dextram sequit. i. poriorem viam. Sed dum est in via dextra a dextris ab ea nō decliner nimis excedēdo: q: precipit sapiens Eccls. vij. Noli em̄ nimiū esse iustus. ¶ Tertio differūt: qr via celi laboriosa est ⁊ difficilis. Actu. xiiij. Per multas tribulatiōes oportet intrare in regnum celoꝝ. ⁊ Luc. vlti. Oportuit christū pati ⁊ ita intrare in gloriā suam. Ideo dicebat psal. Propter verba labioꝝ tuorum ego custodiui vias duras. Seneca. Nō est ad astra mollis e terris via. Quia ei recta est illa via nec ab ea declinare oportet ꝙ tamen fit faciliter: ideo sine ductore difficilis est ad tenendū. Ideo dicit Sap. x. Iustum deduxit dñs per vias rectas. Sed via inferni facilis est ad ambulandū ⁊ sine labore. Inde Virgilius. vj. eneid. facilis descensus auerni. Sicut ei onerata q̄driga ad ascendendū indiget plurib⁹ equis propter laborē ascēsus vbi in descensu sufficeret vn⁹ solus equ⁹: sic ad ascensum laborio sum paradisi nō sufficit homo solus ad se trahendū cum onere carnis sue: sed requiritur deus auxilians/ prelatus adiuuans/ ⁊ angelus custodiens. vbi ad descensuz inferni ipse peccator solus sufficit. Ose. xiij. Perditio tua ex te Israel ex me tm̄modo auxiliū tuū. ¶ Sed dices laboriosa ⁊ arcta est via que ducit ad celū: ideo illam intrare timeo. ¶ Respondet Aug. Si dicis aspera est via que ducit ad vitā: christus transiuit per eam: ⁊ adhuc post caput membra dubitant pertransire. Sed dicis christus transiuit deus ⁊ homo: vides quot milia nunc post eum transierūt. Senes em̄ ⁊ iuuenes ⁊ puelli ⁊ puelle p eam transeunt ⁊ transierunt: ⁊ viam quā tu times intrare tibi tritā fecerunt. Preterea duab⁹ de causis declinat quis a rectitudine vie christi. Vel timore alicuius mali quod estimat se passurū si perviam illā incesserit. Vel amore alicuius boni qd̄ estimat se habiturū si a via christi recesserit. Unde Aug. Omnia peccata due res faciūt in hoīe: scz cupiditas ⁊ timor: propter delectationem mala facimus: propter tristitiā a bonis recedimus. Qui timore mali a via dñi recedit est quasi equus vmbraticus qui vmbrā vie timet ⁊ periculum verū nō timet. Vera mala sunt mala futurevite que ipse nō timet. Presentia ⁊o mala nō sunt nisi vmbra futurorum malorꝝ. Sap. v. Omnia transierunt sicut vmbra. Prouenit aūt iste timor vie ex defectu cognitionis: ideo in psal. vocatur timor nocturn⁹. Nisi em̄ in tenebris peccatorꝝ essemus: benevideremus ꝙ non sunt cōdigne passiones huius tpis ad futuram gloriā que reuelabit in nobis. Ro. viij. Inde Ber. Quid est qd̄ nō optamus ⁊ per medios enses (fieri oporteat) tantam declinare miseriam ⁊ ad tantā accelerare grām nisi ꝙ mortua est fides nostra? Qui vero amore tpalis boni retrahitur a via celi/ stultissim⁹ est: cum spūalia in infinitum excedant hec caduca ⁊ transitoria. Si igitur propter hec tpalia ita occupamur veramur ⁊ angustiamur: quāto magis cū labore maximo illa bona pmanentia ⁊ eterna querere debemus. Si em̄ tpalia bona sola volūtate sine labore nō habētur: nec etiā vtilia aīalia vt oues ⁊ boues: sed bene inutilia vt pulices ⁊ pediculi (velimus nolimus) sine labore in nobis oriūtur. Similiter male herbe vt vrtice/ vepres/ ⁊ spine sine labore proficiunt ⁊ sine cultura fructificāt: bonez⁹o vinee sine sumptibus magnis multitudinem fructuū nō asportant. Similiter credendū est ꝙ mala perpetua faciliter lucrari possunt. Eterna ⁊o nō sine sumptibus penitentie, ⁊ laboribus magnis: alioquin deus viliora reputaret celestia q̄ terrena. ¶ Sed iterū dices Quomodo dicis vias celi esse duras ⁊ arctas ⁊ laboriosas cum dicat dñs Mat. xj. Iugum em̄ meū suaue est ⁊ onus meū leue? Quomō etiā dicis inferni vias faciles cum tamen dicant damnati illud Sap. v. Lassati sumus in via iniquitatis: ambulauimus vias difficiles? ¶ Ad hoc facile respondetur: primo ꝙ via inferni facilis est in ingressu quasi strata floribus: scilicet presentis delectationis dulcore ⁊ tem⁹

B Declinat.

V Ascensus.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

porali iocūditate. Sed tñ multipliciter est difficilis. Primo quidem in pgressu ppter cōscientie remorsuz qui multū affligit animā. Nō ei patiť ordo diuine iustitie vt vel ad momentū fit culpa sine pena. Vñ Aug. Jussisti dñe & sic est vt pena sibi sit ipe animus inordinatus. Inde Eccli. xxj. Via peccantiū cōplantata est lapidib⁹. i. mirabiliter dura & plena offendiculis ad ruendū. Scdo difficilis est in regressu: vix em pōt ḋs a suo pctō postq̄ ingressus est regredi: exēplo dom⁹ Dedali in quā cū quis itroierit vix exitū inuenire pōt. Vinc est q̄ lubricus postq̄z luxuriose vixit vix se continere pōt: & sic de alijs. ps. Brūs q̄ in via pctōr nō stetit: cōsuetudo ei & status ī pctō multum facit ad hanc difficultatē. Tertio difficilior est in egressu ppter separationem a presentivoluptate. Dicūt em naturales q̄ talpa q̄diu viuit incessanter fodit sub terra & ortos deuastans: oculos hz sub pelle. Sed ppe mortem scindiť ei⁹ pellis: & tunc videt. Tunc sic voluptuosi & diuites incessanter thesaurizāt sub terra: & ꝓñr sibi thesaurizant irā dei & nihil in celo reponūt: & suis auaritijs/rapinis/ & litigijs deuastāt ortos ecclie vel domos pborū viroꝝ. Nec oculos habent vt videāt q̄ recta sunt & maxime celestia. Sed cū ad mortē pueniūt vt inde egrediant: tunc aperiunť oculi eoꝝ: & tunc recte cōsiderant q̄uis tarde qd nihil pfuerūt oia ad q̄ vacauerūt: dicētes illud Sap. v. Quid nobis pfuit supbia: aut diuitiarū iactantia q̄d cōtulit nobis? Quarto vo difficillima est hec via post egressum ppter subsequens gehēne tormentū. hec em est via q̄ videť homini recta. Sz nouissima ei⁹ ducūt ad mortē. Sz via celi in principio dura est & aspera quousqz in cōsuetudinē deueniat vt dictū est satis. Postea vo facilis & delectabilis inueniť. ps. Latū mādatū tuū nimis. & Prouer. iij. Ducā te p semitas equitatis: quas cū ingressus fueris nō arctabunť gressus tui: & currens nō habebis offendiculū. vñ Ber. Experto credite qz via monastica quāto arctior/ quanto molestior: tanto latior/ tanto iocūdior inuenitur in pgressu. Et hanc viā nō solū cōsuetudo facilem reddit: sed etiā labores et tormenta & angustie salnatoris. vnde & de eius aduētu Esa. xl. diciť. Erunt aspera in vias planas. i. faciles ad ambulandum: & tertio spes premij pmissi adeo reddere debet eam facilem. vnde Chryso. Qui viā laboriosam estimant: sue desidie est accusatio. Si em tempestates pelagi nautis: vulnera militibus: frigora & glacies agricultorib⁹ leuia & portabilia sunt ppter spem premij tpalis: multo magis cui celū placet nullum debet sentire periculum. Maxime labores mitigat in benignū finem venire. Ne aspicias inquit q̄ aspera est via: sz quo ducit. Nec aliā q̄ lata est: sed vbi desinit. ¶ Quarto differunt: qz via inferni est via mortis. Prouer. ij. Inclinata est ad mortē domus eius & ad inferos semite eius. Oēs qui ingredienť ad eam nō reuertenť: peccator em peccando in infernū cōtinue descendit & aliquādo ita q̄ nunqz reascēdit. vnde Prouerb. xij. In semita iustitie vita. Iter aūt deuiū ducit ad mortem. Et ita q̄ ambulant p eam appropinquant vsqz ad portas mortis eterne: imo latrones & homicide per eam qui tali graditur via ambulant & viam faciunt. Job. ix. Venerūt latrones & fecerūt sibi viam p me. In via autem vbi sunt latrones nihil transeūtib⁹ remanet pulchrū & bonū quin totū rapiant Sic diaboli latrones in via ista oēs grās & virtutes aīe depredanť & extirpāt: iuxta illud Threñ. j. Manum suam misit hostis ad oia desiderabilia eius: ideo petebat peccator vt hec via ab eius terra tolleret: cum dicebat in Psal. Viā iniquitatis amoue a me: nō dixit. Moue me a via iniquitatis: sed amoue a me viam iniquitatis. Cōtingit aliquādo quando via fit p campos alicuius: vbi non debet esse via/ petit a dño suo q̄ amoueatur via illa. Sic diabolus & peccata fecerunt viam p hoīem qui est in peccato: immo q̄ deterius est voluntarie in seipso fecit viam. dicūt em diaboli illud Esa. lj. Incuruare vt transeam⁹: incuruare scilz a dignitate tua ad terrena ista concupiscenda vt transeamus. Sed dicit Bernñ. Ne credas dicentibus vt transeamus: herere enim volūt/ nō transire. vñ Eccli. vij. Omnis mulier fornicaria quasi stercus in via ab omni pretereūte conculcabiť. Sed via celi est via vite. de qua Psalm. deo gratias agit cuz dixit. Notas mihi fecisti vias vite: quas tamen prius sibi desiderat demonstrari dicens. Vias tuas dñe demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

¶ Due vie paradisi quarū vna peditib⁹ et altera equitibus cōuenit. Capitulū. xxx.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

K Paradisus.

Si vero queratur que sunt vie paradisi ⁊ q̄ sunt vie inferni. Ad primū respondet psal. Uniuerse vie dñi misericordia ⁊ veritas. Vnde Aug. super psalmū.cxxxvij. Misericordia et veritas sunt vniuerse vie dñi: ⁊ sic nō sunt alie vie quibus ad nos venit: nec alie quib? nos ad illum veniamus. ꝙ si dicatur q: alibi dicit Psal. Omnes vie tue veritas. Nō est ergo aliqua misericordie via. Respondit Aug. super psal.cxviij.ꝙ erga sanctos ⁊ vniuerse vie dñi misericordia: ⁊ vniuerse vie dñi veritas: q: ⁊ in iudicando eis subuenit: et ita non deest misericordia ⁊ in miserando id exhibet quod promisit ne veritas desit. Nec August. Sic igitur sicut sunt due vie quibus ad nos venit dñs scz misericordia in primo aduentu ⁊ veritas in secūdo. Sic ijsdem vijs nō alijs gradiuntur ad dominū Et conuenienter sunt iste due vie. Nā alia via requiritur pro peditib?: alia pro equitibus. Pro peditibus sufficit semita: vbi ꝑ equitibus latior requiritur via. Sic quidem per arctam penitentie viam gradiuntur: veritatem iudicij de se facientes. Nec expectantes dei iudicium: ⁊ isti ambulant per viam veritatis arctam. de qua Dauid dicebat. Uiam veritatis elegi: ideo iudicia tua facere supple non sum oblitus: cuius exemplo Tobias. Tobie. j. in captiuitate positus viam veritatis non deseruit: hec via mūdissima qua quotidie in iudicio dei aquis lachrymarū mūdantur ⁊ purificantur peccatores vt sint immaculati. psalm. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Et ꝑ hanc viam sepe deus gradi tur. q: pſ. Deus in sancto via tua. ⁊ hanc libenter docet: q: Mat.xxij. Uiam dei in veritate doces. Hec maxime peditibus cōueniens est: vtpote religiosis ⁊ viris sanctis qui calcant mundum sicut pedites terram: qui mundiorem viam eligunt ne pedes affectionū luto auaritie ⁊ luxurie polluant: qui semitas strictas eligunt vt breuius ad terminū perueniant: qui expediciores ⁊ per paupertatem leues ⁊ deonusti velocius currunt vt ad terminū perueniant: quemadmodū ille de quo.ij. Regū xviij. Cucurrit Achimaas per viam compendij ⁊ preuenit Chusi. Hec insup via pacifica est iuxta illud Prouerb.iij. Uie eius vie pulchre et semite eius pacifice. Tales enim in pace a mundi turbinibus viuunt. Quādiu enim sumus in via ista pacis cōscientie ad deum ⁊ ad mundū latronū spiritualium insidias ⁊ homicidia nō sentimus: et a diabolo tuti sumus si in ea caute ambulemus. Sed si ab ea recesserimus ad viam vitiorū ⁊ delectabiliū mūdi in periculo sumus quin eternaliter a demonib? occidamur: diabolus enim sicut dicitur Prouerb. xiij. insidiatur in vijs quasi latro: ⁊ quos incautos viderit interficiet. ideo dicit apostolus. Ephe.v. Uidete quomō caute ambuletis vocatione qua vocati estis. Cōtra illos fatuos qui viam vitiorum litigiosam ⁊ dyscolam magis ꝙ viam virtutū eligūt de quibus psalm. Cōtritio ⁊ infelicitas in vijs eorū. i. destructio corporis ꝑ voluptates ⁊ infelicitates aīe ꝑ mala desideria in vijs eorū ⁊ viam pacis non cognouerunt.

Z Veritas.

Z Misericordia.

¶ Alia est via misericordie q̄ latior est: ideo equitibus magis cōuenit: per quos intelligūtur q̄ seculi negotijs occupant: qui iō dicuntur equites: q: a suis prelatis quasi equor vehiculo ꝑ paradisi viam vehunt. Vi enim per vias misericordie gradiūtur ad deum. Est enim via hec charitate strata que ita lata est ꝙ cōtinet deū ⁊ proximū amicos ⁊ inimicos. Est enim via regia ⁊ publica per quā oēs ambulant qui ad paradisum tendūt. de qua Nume.xx. Uia publica gradiemur: neqz ad dexterā neqz ad sinistram declinantes. Et Nume.xxj. Uia regia gradiemur. Hec est via quā viator Paulus demonstrare solebat. ij. Cor.xij. Adhuc excellentiorem viā vobis demonstro. Sed multi eā ignorant ignorātia crassa vel affectata. de quib? Job.xxj. qui dixerunt deo. Recede a nobis scientiā viarū tuarū nolumus. Sed. j. Cor.xiiij. Ignorans scilz tali ignorantia ignorabitur cum illis qui damnati dixerūt Sap.v. Errauimus a via veritatis: viā aūt dñi ignorauimus. In his ergo vijs semp eūdum est nec reuertendū est contra eos qui plus reuertuntur in vno die ꝙ vadant in vno mense: cū tamen Ezechie. j. de sanctis aīalibus dicitur: ꝙ animalia nō reuertebantur cum incederent. Nec etiam standum est in via: propter quod precipit dominus Luce.x. Neminem salutaueritis in via: id est q̄diu viatores estis nulli rei amore vel familiaritate adhereatis: ne per huiusmodi impediamini ire ad deum.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

afflíguntur ⁊ cōculcantur minis/rixis/cō tumelijs/clamoribus/⁊ odijs: ⁊ hoc dicit ps. Cōtritio ⁊ infelicitas in vijs eoꝝ: qꝛ cōteruntur corporaliter ⁊ felicitate priuant quo ad animā propter iram suam: ideo sequitur: ⁊ viā pacis nō cognouerūt. ¶ Sexta est sumptuosa vtpote cum ville hospitia cara sunt: ⁊ multum hoīes expendunt ⁊ hec est gulosoꝝ: qui vt satisfaciant gule sue non curāt de tali difficultate/expendētes multā pecuniam in detrimentū anime et corporis. vnde Seneca. Cito morimur quia de mortibus pascimur. i. de animalibus mortuis quod maxime faciūt gulosi. de quibus ps. Hec via illorū scandalū ipsis. postea in ore suo cōplacebunt: licet em̄ sepe recipiant ipsi anime ⁊ etiā corpori scādalum pre doloribus ⁊ singultibus: tamē postea transacto dolore volunt cōplacere ori suo. ¶ Septima est tediosa ideo difficilis: qꝛ quādoqꝫ multū saxosa quādoqꝫ tota plana ⁊ vniformis ⁊ nescitur terminus Hec est via acidie que surgit ex duritia penitentie: ⁊ etiā quādo aliquis vult semper occupari in vno aliquo: puta vel semper legendo vel semper orando vel semper meditando vel semp manib⁹ laborādo. Dicitur em̄ cōmuniter ꝙ via quādo est tota plana magis fatigat ambulātē ꝙꝫ quādo est aliquādo plana aliqn̄ montuosa per paruos colles. Sic in opere hūano melius fertur labor quādo aliquis vno tēpore legit: alio orat: alio in exteriorib⁹ vacat ꝙ si semp vellet legere/orare/vel operari: qꝛ ex tali cōtinuatione vniformi alicuius rei aliqn̄ attediatur homo. Exēplum de beato Antonio qui vidit angelū aliquādo orātem aliquādo laborantē/ cui dixit angel⁹ vt similiter faceret: ⁊ sic fecit. et p hoc acidiam vitauit contra multos pigros qui nolunt audire consilium: de quibus Prouerbioꝝ. xv. Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Non em̄ piger vult audire solicitantē ad bene agendum vel corripientem: et hoc ideo quia sepem ponit inter se et corripientem. Et quia omnes iste vie sunt male: derelinquende sunt iuxta illud Esa. j. Derelinquat impius viam suam.

¶ Duo signa eterne damnationis: quadrupliciter nobis loquitur deus: septem inducentia ad obstinationem quam tria mala sequuntur. Capitulum. xxxvij.

